HISTORIA ECCLESIASTICA

ZACHARIAE RHETORI VULGO ADSCRIPTA

II

LIBER[1] VI EX EODEM OPERE ZACHARIAE.

Sunt in eo capita septem I de ἀποσχιστῶν a Petro qui Henoticon accepit ; II de Cosma spathario qui a Zenone missus est, et eis quae Alexandriae gesta sunt erga monachos qui se separa-
5 verunt ; in[2] III de Petro et Isaia monacho ; in[2] IV de Arsenio ὑπάρχου[3] qui Alexandriam missus est, et quid erga ἀποσχιστὰς fecerit ; item V de epistula Fravittae indicat qui Constantinopoli factus est ad Petrum *scripta* ; VI de Petri ad Fravittam epistula docet ; VII de summis sacerdotibus nuntiat qui Zenonis
10 diebus *fuerunt*, et deinceps quantum *tempus* vixerit Zeno. p. 2.

CAPUT I EIUSDEM LIBRI VI DE EIS INDICAT QUI SE A PETRI SOCIETATE SEPARAVERUNT, QUIA IN HENOTICO ITEMQUE IN LITTERIS SUMMORUM SACERDOTUM AD EUM *SCRIPTIS* ANATHEMATA SYNODI IPSIUS CHALCEDONIS ET TOMI LEONIS EXPRESSE NON ERANT.

15 Cum in litteris Henotico regis haec ita gesta essent, et tres *vel* quattuor summi sacerdotes concordes facti essent, hoc est Ephesi et Hierosolymorum et Alexandriae et Antiochiae, itemque episcopi qui sub dicione eorum erant, et inter se secundum vim scripti Henotici Zenonis consensissent, et accepissent et subscrip-
20 sissent, Iulianus et Iohannes presbyteri Alexandriae et Helladius et Serapion diaconi viri prisci ex ecclesia urbis, et Theodorus * episcopus Antinu[4], et Iohannes[5], et alius Aegypti, et Andreas magnus archimandrita et Paulus sophista[6], et alii nonnulli monachi se a societate Petri Alexandriae separaverunt, quia
25 in Henotico et in litteris summorum sacerdotum ad eum *scriptis* anathema synodi et Tomi clare non erat ; et in monasteriis ἀποσχισταὶ paulatim haud modice multiplicabantur et crescebant. Et, cum audisset Acacius qui in urbe regia *erat*, scripsit eos ut concordes fierent adhortatus ; et ipse Petrus
30 in προσφωνήσει sua, et in reliqua defensione quam ad populum fecit synodum vituperaverat. Et, cum Acacius tandem haec etiam audisset, suum ipsius presbyterum misit libertatem Petri et * p. 3.

[1] Antecedit (initio tomi II[i]) 'Volumen ex *Historia* Ecclesiastica Zachariae'. — [2] Sic textus. — [3] Requiritur ἐπάρχου. — [4] Ita syrus τῆς 'Αντινόου intellexisse videtur. — [5] Ep. Magilis (LIBERAT., XVIII). — [6] Vide *P. Or.*, VIII, p. 113.

fidem eius exploraturum. Et facta est πρᾶξις coram ἐκδίκου urbis, [et viderunt] [1] synodum ab eo non expresse anathematizatam esse; et hoc cum auditum esset multos offendit. Et cum postulata multa ad eum ab archimandrita et episcopo ἀποσχιστῶν fiunt Petrus iberus episcopus Gazae, qui ibi degebat, et Elias monachus 5 qui vocabatur 'figulus' constituti sunt ut res perspicerent et scrutarentur. Et cum concilio monachorum scrutati, homiliarum Petri de fide quattuor elegerunt eique dixerunt: « Si eis adsentiris eis subscribe » ; et subscripsit. Et hac de causa nonnulli ei concordes facti sunt; quoniam in eis synodum et Tomum anathe- 10 *p. 4. matizaverat in auribus populi locutus. Verumtamen * alii relicti sunt qui cum Petro consociari noluerunt; et, postquam vidit, monasterium Theodori episcopi abstulit et hunc virum admirabilem expulit qui caecum aperuit [2] aquis ei de fonte baptismi illitis. Et ob hoc monachi excitati sunt; et ad Zenonem regem 15 Nephalium quendam miserunt qui et ipse a Petro expulsus erat. Et hic vir populi turbator factus est.

CAPUT II EIUSDEM LIBRI VI DE NEPHALIO INDICAT QUI AD REGEM ADSCENDIT ET PETRUM ACCUSAVIT, ET COSMAS SPATHARIUS MISSUS EST, ET DE EIS QUAE ADVENTU EIUS GESTA SUNT. 20

Nephalius quidam monachus et quod ad mores eius attinet turbator populi sese accinxit et ad regem Zenonem adscendit litteris etiam horum ἀποσχιστῶν sociorum suorum secum portatis quae de Petro indicabant eum eos spoliasse et expulisse et monasteria eorum abstulisse. Et, cum rex haec didicisset, Petro 25 indignatus est; et Cosmam spatharium suum misit et litteras in Petrum comminationis, quae indicabant idcirco regem concessionem fecisse eumque ibi episcopum constituisse, ut populus adunaretur, neve in duas factiones divideretur. Et, cum advenisset Cosmas, et ipse Nephalius qui eum comitabatur, et litterae Petro 30 datae essent, et monachi ad martyrium beatae Euphemiae congregati essent, circiter triginta milia virorum, et decem cum eis episcopi, nuntius eis missus est ne urbem intrarent et tumultuaretur, et fieret στάσις. Electi sunt vero ab eis Theodorus episcopus, et Iohannes et Iulianus et Iohannes presbyteri, et 35

[1] In ms. excidit; e MICH. addidi. — [2] Sic syr.

Helladius [1] [et] [2] Serapion diaconi, et Andreas magnus, et Paulus sophista, et circiter ducenti archimandritae ; et * ecclesiam *p. 5. magnam ad Petrum intraverunt ; et multa apud Cosmam spatharium et urbis ὕπαρχον [3] dicta sunt, et regis litterae lectae. Et,
5 ubi Petrus defensione sua ad eos *facta* locutus est, synodum et Tomum in auribus eorum anathematizavit ; et chirographo suo ita scripsit : « Petrus episcopus Alexandriae nunc ut saepe quidquid contra fidem rectam patrum nostrorum sanctorum, cccxviii episcoporum, Chalcedone dictum et praedicatum est
10 anathematizavi, et Tomum etiam Leonis ; et has quoque homilias meas esse confiteor ; et quicunque eis non adsentitur, si episcopus sit sive presbyter sive diaconus, sive monachus sit sive laicus, alienus est. Et, si unquam scribam aut ego aut quisquam, et eis quae in synodo et Tomo *dicta sunt* adsentiar, sanctae
15 Trinitati extraneus factus sum. » Et monachi accipere noluerunt, dicentes : « Petrus cum summis sacerdotibus communicat qui non ut is synodum et Tomum expresse anathematizaverunt ». Et dixit Petrus : « Cum his societate utor, utpote qui regis Henoticon receperint, quod abolevit quidquid extra tres sanctas synodos,
20 Nicaeae dico et Ephesi et Constantinopolis, passim additum et gestum est. Et in προσφωνήσει mea Henoticon interpretatus sum, et vobis ostendi id synodum Chalcedonis abolevisse, eo quod duodecim capita beati Cyrilli recepisset, et Nestorium et Eutychem anathematizasset, et quicunque duas naturas in Christo dicit, et
25 alteri miracula et alteri passiones dat, et hypostases in operatione secundum proprietates separat. » Et, cum haec ita gesta essent, pauci * tantum monachorum Petro adhaeserunt ; ceteri autem *p. 6. libellos [4] contra eum Cosmae dederunt ; et monasteria sua occupaverunt et in eis consederunt, dum separatim congregantur.
30 Quaesierunt vero episcopum in loco Petri facere ; et Theodorus episcopus eos compressit, quoniam vir ordinatus fuit, dicens : « Non oportet virum [5] qui ut nos credit et synodum et Tomum anathematizat, licet etiam cum eis qui Henoticon receperunt eique subscripserunt societate utatur, ne reprehendamur quod
35 eum respuimus, et haud ordinati aestimemur ». Ferunt autem Theodorum hoc fecisse, utpote qui unus fuisset episcoporum qui

[1] Ms. ‘Palladius’ ; vide p. 1, l. 20 ; p. 4, l. 34. — [2] In ms. excidit. — [3] Requiritur ἔπαρχον. — [4] λίβελλοι. — [5] Sc. ‘summovere’.

Petro manum imposuisset [1]. Populus vero in monachos valde concitatus est, utpote qui Petrum simpliciter acciperet quod synodum anathematizaverat; et compressi sunt et a principibus et *a* Petro ne στάσις fieret.

CAPUT III DOCET, QUANDO COSMAS AD REGEM REVERSUS SIT, EUM PALAESTINAM TRANSIISSE UT PETRUM IBERUM ET ISAIAM MONACHUM SECUM DUCERET, PROPTER REGIS MANDATUM. 5

Quando autem reversus est Cosmas Palaestinam transiit et Petrum celebrem et Isaiam monachum πρακτικὸν [2] quaerebat. Et Petrum quidem qui a facie eius recessit, quod antea cognoverat, 10 non invenit. Isaias autem Deum oravit ut morbus ei incideret, ne si ad urbem regiam adscensurus esset coram hominibus divitibus cum adsentatione appareret; id quod ei accidit. Et, cum Cosmas ad eum pervenisset, et regis litteras ei dedisset, morbum suum atque infirmitatem ei ostendit eique dicebat: 15 « Haud valeo vir infirmus qui morbo aegrotavit [1] navem conscen- *p. 7. dere ne statim * moriar neve regi appaream, et tu culpam et a Deo et a rege incurras quod cadaver per mundum circumferas ». Itaque hoc *modo* effugere potuit; et statim convaluit, et consuetudinibus suis et exercitiis ἀγώνων suorum cunctos dies vitae 20 suae sese adplicabat, hic vir videns qui nomen, ut *ita* dicamus, et facta Isaiae prophetae participabat.

CAPUT IV, DE ARSENIO QUI A REGE ALEXANDRIAM ὕπαρχος [3] MISSUS EST, CUM A COSMA DE MONACHIS ἀποσχιστῶν DIDICISSET, QUID MANDAVERIT. 25

Cum Cosmas spatharius ad regem pervenisset et litteris relatum dedisset, eumque de eis quae Alexandriae facta sunt certiorem fecisset, et de monachis ἀποσχιστῶν et principibus qui inter eos *erant* et episcopis, Arsenium illuc ὕπαρχον misit *rex* eique in Romanos [4] quoque dicionem dedit [5]; et iussit, si semel et bis 30 secundum sensum fidei quae in Henotico *erat* a Petro episcopo eiusdem Alexandriae ad concordiam vocarentur Theodorus et Iohannes episcopi, et Agatho et Iulianus et Iohannes presbyteri, et Helladius et Serapion diaconi, et Paulus et Andreas archiman-

[1] Sic syr. — [2] Vide, in parte Ia, p. 118, n. 2. — [3] Requiritur ἔπαρχος. Similiter infra. — [4] Sc. 'milites'. — [5] Sc. praefectus et comes factus est.

dritae et ceteri, neque in concordiam venire et adunari vellent, eos monasteriis suis extrudi. Et ubi Arsenius illuc pervenit iste Nephalius populi turbator eum rursus comitabatur. Et episcopos et presbyteros et archimandritas congregavit, et regis mandatum eis ostendit et in auribus eorum recitavit. Et Petrus iterum prompte eos certiores fecit et anathematizavit, dum eos ut in concordiam veniant orat; neque acceperunt neque hac *re* contenti fuerunt, sed Theodorus episcopus ei dixit: « Cum scriptum facies te societatem ceterorum * summorum sacerdotum detrectare, (* p. 8.) [ei]que subscribes, tunc societate tua utemur ». Et eandem defensionem fecit Petrus : « Iuste cum eis communico qui Henoticon recipiunt quod fidem veram docet ». Et ob hoc hi viri ab Arsenio ad regem ire coacti sunt et ipsi praesentes eum de eis quae in oculis eorum bona erant orare, et tunc regis mandatum perfici [1]. Et profecti sunt praeter Theodorum qui sub alia specie se celavit. Et, cum coram rege apparuissent, verecundiam eorum admiratus est, itemque facunditatem, quanquam secundum eorum erga se voluntatem nihil egit. Et, cum illi ibi *essent*, Acacius episcopus Constantinopolis mortuus est, eique successit ibi Fravitta, vir humilis et fidelis; [et] canonice epistulam fecit et ad Petrum Alexandriae per clericos misit. Et libenter eam accepit, et Petrus etiam responsionem epistula fecit et synodum et Tomum Leonis expresse anathematizavit. Et ea veniente Fravitta obiit, eique successit Euphemius quidam apamenus qui Alexandriae educatus erat; verumtamen haeresi Nestorii aegrotabat. Et, cum epistulam recepisset, clericis etiam baiulis eius indignatus et iratus est, et culpam in eos contulit, Longinum presbyterum et Andream diaconum; et eum orabant dum zelum populi Alexandriae ei ostendunt. Et Euphemius se a Petri societate separavit, et eius καθαίρεσιν facere quaerebat, cum synodum separatim congregare vellet; et Archelaus episcopus Caesareae, vir mire disertus, eum prohibuit dicens: « Fieri non potest ut a *synodo unius ὑπαρχίας [2] magnus episcopus Alexandriae reprehendatur et extrudatur, nisi synodus oecumenica hoc facit ». Et, cum Petrus audisset, ipse etiam Euphemio minabatur, (* p. 9.) quemadmodum beatus Cyrillus Nestorium Oasim relegasset, ita

[1] Sic syr. — [2] Requiritur ἐπαρχίας.

se ipsum eius exemplo eum sede eius extrusurum. Verumtamen ipse etiam Petrus mundo exiit. Epistulae autem eius cum Constantinopoli apparuissent eum virum fidelem esse multis significaverunt. Et Iohannes et Iulianus alexandrini, et ceteri socii eorum ἀποσχισταὶ qui ibi adfuerunt, cum epistulas eius ad 5 Fravittam *scriptas* vidissent, sententiam mutaverunt, et Alexandriam se conferre eique adunari parati erant; qui viris redeuntibus obdormivit. Eique successit Athanasius; et vir fuit disertus et fidelis, et pacis amans. Hic, cum monachos ἀποσχιστὰς ecclesiae concordes reddere vellet ac studeret, cursu orationis suae cum 10 populum adloqueretur Dioscori et Timothei nomen fecit et Petri nomen siluit, populum tentans; et valde propter hoc perturbati sunt, donec eum etiam in oratione sua nominavit.

CAPUT V EIUSDEM LIBRI VI EPISTULAM FRAVITTAE IPSIUS CONSTANTINOPOLIS AD PETRUM ALEXANDRIAE NOTAM FACIT, QUAE ITA 15 SE HABET.

« Patri nostro sancto et Dei amanti comministro nostro Petro a Fravitta in Domino nostro salus. Cum mensurae meae debilitatem perpendo et gesta misericordiae Dei quae erga me *p. 10. acciderunt miror vere intellego de me * completum esse: ‘ Erigit 20 a sterquilinio pauperem, ut eum cum primoribus populi considere faciat ’ [1]. Et haec Dei misericordia *esse* cognoscuntur, quod non factis nostris ea meremur sed gratia Dei quae dilectione patris super ecclesiae filios identidem oritur, quae non sapientes neque inquisitores et disertos huius mundi [2] electione rectores 25 constituit. Et ante νόμον Abel illiteratus Deo placuit, et ceteri patres iusti qui post eum *fuerunt*; sub νόμῳ autem homines pastores et caprarios et qui sycomoros vellicabant [3] gratia prophetas fecit et constituit; et post νόμον piscatores et lorarios [4] verborum vivorum de caelo *ortorum* praedicatores 30 creavit, ut Dei potentia revera cognosceretur, quae in debili cognoscitur et perficitur [5]. Et talia sunt mysteria christianorum; qui Christi inhumanationem tenent, ut in evangelio dicit: ‘ Confiteor tibi, mi Pater, Domine caeli et terrae, quod haec a

[1] *Ps.* CXII, 7, 8. — [2] I *Cor.*, I, 20. — [3] AMOS., VII, 14. — [4] Ita vers. syr. pro σκηνοποιοί *(Act.*, XVIII, 3). — [5] II *Cor.*, XII, 9.

sapientibus itemque prudentibus abscondidisti, eaque infantibus revelasti. Etiam, mi Pater, quod ita fuit apud te voluntas '[1]. Fundamentum enim et γωνία sanctae ecclesiae est Iesus Christus Deus noster. Ideoque misericordiae eius quae erga nos insperato
5 facta est haec haud aliena sunt, ut ex eis misericordiae eius erga ceteros homines paritatem intellegamus, [et][2] ipsi erga eos lenes ac mansueti videamur qui corpore et fide fratres nostri sunt, et erga sacerdotes qui sunt comministri nostri et fratres nostri Christum amantes, et ita ecclesiam sanctam paritate rectae fidei
10 et amore integro inter res quae accidunt Domino nostro nos adiuvante ubique gubernare studeamus, [et][2] eam unum esse gregem rationabilem ostendamus * qui nobis ubique commissus *p. 11.
sit Pastoris magni qui nos gregis sui opiliones instituit, et lupos rapaces abigamus qui sunt haereses anathematizatae, et praesertim
15 Nestorium et Eutychem dum fidem patrum nostrorum sanctorum, qui veritatem custodierunt et ecclesiam ordinaverunt, proclamamus eique adsentimur, et populum et homines fidem rectam nostris diebus sicut hi docemus. Dilectione autem fratrum et consensu salutatione usus, sanctitudini tuae arrabonem amoris
20 mei offero per Longinum presbyterum et Andream diaconum; [et,][2] *quod* fas *est* complens, cunctos pastores et sacerdotes illustres dicionis tuae, et monachos verecundos et populum fidelem saluto; necnon sanctitatem tuam hortamur ut nobiscum precetur ut sapientes et inter res rectores videamur, sicut Salomo
25 et sicut Paulus et Petrus et ceteri apostoli, veritate filiis ecclesiae proclamata, et in omni re quam litteris nobis nuntiabimini quoad vires nostrae *extendunt* ceteras ecclesias ut fas est adiuvare valeamus inter eventus qui accident, et urbem Christum amantem, regimine Christum amantis sereni regis, qui pacem ecclesiarum,
30 et unitatem sacerdotum, et concordiam populi vigilanter studet et vult. Ego et qui mecum *sunt* verecundiam tuam et fraternitatem quae tecum *est* adoro. »

CAPUT VI EIUSDEM LIBRI VI DE EPISTULA PETRI, EPISCOPI ALEXANDRIAE, DOCET, QUAM AD FRAVITTAM CONSTANTINOPOLIS
35 RESPONSUM SCRIPSIT ITA.

« Sacro et Dei amanti fratri meo ac comministro domino meo

[1] MATTH., XI, 25, 26. — [2] In ms. excidit.

Fravittae a Petro in Domino nostro salus. Tempus est nobis et [1]
*p. 12. nunc electione * celsitudinis tuae dicere: 'Exsultate caeli desuper, et terra plenitudine sua gaudeat, et gaudens cantet', [2] secundum verbum prophetae. Dominus enim noster Iesus Christus qui est Dei Patris unus Filius unicus non argento et auro quae corrum- 5 puntur nos redemit; μᾶλλον vero ut Agnus immaculatus animam suam pro nobis deposuit et Deo Patri suo odorem suavitatis obtulit, et corpus suum commutationem pro vita omnium dedit [3]. Qui omni creatura magis venerandus est, et Patris imago est, Deus Verbum inhumanatus est nec conversus est nec commutatus; 10 et mansit idem homo, et revera vivus est in saeculum, Verbum Patris sui *ei*que connaturalis. Age ergo, quasi ex una lingua et uno animo fideli et Christum amante, gratias ei cum beato Baruch offeramus et dicamus: 'Hic *est* Deus noster, non est alius praeter eum. Invenit omnem viam sapientiae, et dedit eam servo 15 suo, et Israel dilecto suo; et postea super terram visus est, et cum hominibus conversatus est'. [4] Non enim alius quidem fuit Dei Filius qui ante tempora et saecula, per quem omnia formata sunt, alius autem rursus qui fine temporum a Deipara in carne natus est, ut opinatur Nestorius; sed idem μᾶλλον semen ex 20 Abraham *ortum* cepit, secundum verbum beati Pauli, et carnem etiam et sanguinem nobis participavit, et in omni re nobis similatus est praeter peccatum [5]. Non enim dicimus corpus Domini nostri Iesu Christi de caelo esse, ut dicit Eutyches
*p. 13. fatuus, vel eum specie aut phantasia inhumanatum esse, sed * et 25 anathematizamus quicunque ita docet. Unum vero Filium unicum Dei Patris confitemur, qui est Dominus noster Iesus Christus; et scimus ipsum Deum Verbum Patris, qui propter salutem nostram inhumanatus sit, natura sua divina 'formam servi' [6] dispensatione sumpsisse. Haec ecclesiae Alexandriae fides est, et ea ornati 30 sumus nos et Deum timentes episcopi et clerici et monachi et omnis populus Dei — et plurimum in ecclesiis augetur congregatio populi et multiplicatur — dum apostolo paremus qui dicit: 'Si quis autem vobis praedicabit plus quam quod vobis praedica vimus anathema sit'. [7] Omnium vero harum bonarum *rerum*, 35

[1] Ad. Cyr., *Ep.* xxxix, referre videtur. — [2] *Ps.* xcv, 11; Is., xlix, 13; Ier., iv, 28; cf. Is., xliv, 23. — [3] I Petr., i, 18, 19; *Eph.*, v. 2; I *Tim.*, ii, 6. — [4] Bar., iii, 36, 37. — [5] *Hebr.*, ii, 14, 17, 18. — [6] *Philipp.*, ii, 7. — [7] *Gal.*, i, 8.

quae nobis gratae atque acceptae sunt, causa nobis facta est electio superne *effecta* sanctitatis tuae celsitudinis, et voluntas regis fidelis et Christum amantis Zenonis, qui electioni tuae adsensus est; qui propter concordiam populi et confirmationis
5 nostrae causa in eis quae fideliter in Henotico scripsit quaecunque Chalcedone et in Tomo Leonis audacter praedicata ac dicta sunt sensu et veritate anathematizavit. Et nos hoc ipsum scriptum viva voce et scripto populis fidelibus adsentientes proclamamus, ut etiam frater noster sanctus memorabilis et comminister
10 Acacius praedicare ac docere visus est donec vitam finivit, Alexandrinis fidem eius veram nobis testificantibus, ut sanctitas etiam tua notum habet. Bene enim facit rex Christum amans quod non solum hostes subiugat et γένη barbarorum pedibus suis subicit, sed et cum his hostium intellectualium fraudes
15 detegit, et fidei veritatem in populum fidelem oriri facit. Sanctitas enim tua * ut planta pacis nobis germinavit et crevit; et hoc *p. 14. regis fidelis nobis donum est, voluntate Dei qui eam [1] antea elegit, ut supra dixi. Ideoque ob haec delectamur, quoniam bonus sacerdos populis fidelibus surrexit et apparuit; quem Deus
20 custodiat, et coronis desuper *datis* manu sua locuplete ornet, ut confidimus et precamur, ut, dum in omni via veritatis ambulat, in vestigiis patrum nostrorum sanctorum, sacerdos fidelis probatus inveniatur misericordia Salvatoris nostri Christi; per quem Patri eius gloria, cum Spiritu sancto, semper! Epistulae vero sancti-
25 tudinis tuae baiulos, Longinum eximium presbyterum et Andream diaconum, amice recepimus, eosque in pace ad sanctitatem tuam dimisimus. »

Tales vero litteras et Athanasius post duo annos Palladio scripsit qui Antiochiae Petro successit, in quibus synodum
30 expresse anathematizabat παῤῥησίᾳ ultra Henotici scriptum usus. Et Iohannes, qui post Athanasium constitutus est, omni qui eum poscebat synodum et Tomum scripto anathematizabat dilectione impavida et dabat [2]. Misit et Flavianus qui Antiochiae Palladio successit Salomonem ecclesiae suae presbyterum ad eundem
35 Iohannem Alexandriae; et epistulas ad Flavianum ab eo rogavit de fidei consensu. Is autem haec ei facere haud adnuit, donec

[1] Sc. 'sanctitatem tuam' (vide supra, l. 2). — [2] Sic syr.

iuramentum scriptum ab eo recepit, eum litteras a Flaviano ad eum missurum, in quibus synodum et Tomum anathematizaturus esset. Talia et Iohannes cognominis eius, qui ei successit, opinabatur et agebat.

Cum vero Zeno septemdecim annos regnasset, et talia in 5 *p. 15. ecclesiis * regno eius gesta essent, et tyranni Basiliscus et Marcus in eum surrexissent, et expulsi essent ut supra scriptum est, et ab eo defecissent porro Illus et Leontius et Euprepius, et in Oriente occisi essent, rursus Theodoricus quidam tyrannus eius diebus Thracen vastavit, et regiones nonnullas ; et Romam 10 profectus eam expugnavit ; quoniam Odoacer [1] Anticaesar, qui in ea erat, Ravennam urbem Italiae ab ea fugit. Mortuus est Zeno anno 802° secundum computum Graecorum ; et regnavit post eum Anastasius, 4ª feria septimanae magnae, Euphemio episcopo exsistente Constantinopolis et Flaviano Antiochiae, et 15 Athanasio Alexandriae, et Sallustio Hierosolymorum, qui Martyrio successit, et Romae Felice, qui Simplicio successit.

CAPUT VII DOCET QUI FUERINT SUMMI SACERDOTES DIEBUS ZENONIS.

Summi sacerdotes autem diebus Zenonis sunt hi. Romae post 20 Hilirum [2] Simplicius, cui Zeno de Iohanne mendace scripsit, qui Alexandria pulsus est ; et post eum Felix qui Anastasii regnum attigit. Alexandriae Timotheus magnus, qui ab ἐξορίας revocatus est ; et Timotheus φακιολίου trementis ; et Iohannes qui statim expulsus est ; et Petrus ; [et] [3] post eum Athanasius. Et Hieroso- 25 lymis Anastasius ; et Martyrius ; itemque Sallustius. Antiochiae Martyrius qui expulsus est ; et Iulianus ; et Stephanus ; et Stephanus alius ; et Petrus fidelis ; et Calandion qui expulsus est ; et Palladius ; et post eum Flavianus qui diebus Anastasii *p. 16. expellitur. * Constantinopoli post Gennadium Acacius et post 30 eum Fravitta ; et post eum Euphemius. Hic autem diebus Anastasii expellitur.

Est vero in hoc libro VI et in libro V superiore, qui brevitatis modo in intellegentiam lectoris syri ex opere graeco Zachariae diserti oratione constricta rapide interpretati sunt, qui huc usque 35

[1] Ms. ‘ Arcadius ’. — [2] Sic. — [3] In ms. excidit.

oratione longa secundum morem πλάτους Graecorum scripsit, χρόνος annorum septemdecim vitae tantum Zenonis αὐτοκράτορος.

HIC LIBER VII in capitibus quindecim infra in se comprehensis de eis docet quae Anastasii regno gesta sunt ; in capite I, de initio regni eius et quomodo Euphemius episcopus expulsus sit.

Et in capite II, de Isauris qui defecerunt et subiugati sunt, et tyranni occisi sunt qui eis praeerant.

Et in capite III, de Theodosiopoli et Amida urbibus quae expugnatae sunt.

Et IV, quomodo Amida urbs expugnata sit.

Et V, de fame quae in ea fuit ; et quomodo Persae ea excesserint.

VI, de Dara, quomodo condita sit urbs.

VII, de eiectione Macedonii qui Constantinopoli expulsus est.

VIII, epistula Simeonis presbyteri, quae de eiectione eius notitiam dat.

IX, de Timotheo qui ei successit ; et quomodo ‘ qui * pro nobis crucifixus est ’ ipsis eius diebus Constantinopoli proclamatum sit. * p. 17.

X, de synodo quae Sidone facta est, diebus Flaviani et Aksĕnāyā episcoporum, anno πέντε[1], anno 823º Graecorum.

XI, de δεήσεως quae a monachis Orientis et Cosma antiocheno facta est et synodo data.

Caput XII, de synodo quae Severi diebus Tyri facta est et *diebus* Aksĕnāyā ; quae concilium Chalcedonis et Tomum Leonis anathematizavit, *id*que παῤῥησίᾳ multa.

Caput XIII, de Ariadne[2] regina quae mortua est, et de Vitaliano tyranno[3] qui Hypatium bello cepit.

Caput XIV, de Timotheo qui mortuus est, cui Iohannes successit ; et de daemonibus qui Aegyptios et Alexandrinos et Arabes obsederunt, qui ad festum encaeniorum Hierosolymorum venerunt, et in crucem latrabant, et deinde exibant[4].

XV, qui fuerint summi sacerdotes diebus Anastasii regis.

Mortuus est ergo Anastasius anno 839º Graecorum, Olympiade 324ª.

[1] In cet. numm. gr. num. ordinalis invenitur. Fortasse ܦܢܛܐ secundum enuntiationem pro πέμπτος positum est. Vide KRÜGER-AHR., p. 394. — [2] Ms. ‘ (H)ạdriana ’. -- [3] τύραννος. — [4] Vide not. ad textum.

CAPUT I EIUSDEM LIBRI VII DE REGNO ANASTASII αὐτοκράτορος INDICAT, QUI POST ZENONEM REGNAVIT ; ET DE EUPHEMIO URBIS EPISCOPO, QUI EXPULSUS EST.

Cum Zeno septemdecim annos regnasset, ut in λόγῳ VI supra scriptum est, et in capitibus quae in eo *sunt*, mortuus est Olym- 5
*p. 18. piade 317ª, * anno 802° secundum computum Graecorum indictione 14ª, quarta feria septimanae magnae ; et regnavit Anastasius, qui erat decurio silentiarius. Hic vir fuit de Duraquinā [1] urbe, statura maximus et anima sanus et fidelis. Habebat autem, cum ipse miles [2] esset, apud Ariadnen reginam παῤῥησίαν, quae eum 10 regem facere voluit *id*que perfecit. Huic paucis diebus priusquam rex fieret vir quidam nomine Iohannes scholasticus frater DYT [3] de Amida [4] — hic vir aequus *erat* ac perfectus, et Deum timens, et a malo abhorrens ; erat autem sua sponte ac suo arbitrio officio *recitando* adsiduus, ecclesiae scholasticus ; — et, cum is Constan- 15 tinopoli esset πρεσβείας causa pro urbe sua, visionem semel et bis vidit Anastasium silentiarium regem futurum. Et eum vocavit, eique dixit : « Propter probitatem et virtutes et pulcritudinem animae tuae, ut bonam Dei voluntatem perficias, et mansuetus sis et serenus et humilis et integer, et omnibus lenem 20 et benignum te praestes, in lucrum omnium hominum qui eiusdem tibi gentis sunt, non quod tui indigeo vel adsentor, tibi revelo te ipsum regem futurum et *id* statim ». Et, quoniam hic Iohannes *vir* celeber fuit, et propter mores suos honorabatur, et multis praeterea notus erat, quoniam disertus etiam erat, 25 credidit Anastasius, et fidem adiunxit ; et adsiduus erat ibi apud
*p. 19. eum vigilia * ecclesiae. Accidit vero et, cum rex factus esset, *ut* donis gratiarum actionis amicum suum remunerari voluerit, eis quae hominibus exoptantur et apparent ; et hic Iohannes nihil prorsus ab eo accepit, sed et statim urbe excessit, et ad regio- 30 nem suam rediit, chartis [5] Zenonis contentus quas ei fecit ; tantum ut hae acciperentur ab Anastasio responsum sumpsit. Euphemius autem urbis episcopus qui Petro Alexandriae minatus erat, quia expresse Fravittae Euphemii antecessori responsum scripsit et epistula sua synodica, quae per Longinum presbyterum 35

[1] Sc. Dyrrhachio. — [2] Sensu civili. — [3] V ‘DNT’ ; cf. p. 23, l. 21, et lib. XII, cap. VI. — [4] Clausula incompleta relicta est. — [5] χάρτης.

et Andream diaconum clericos missa est, synodum Chalcedonis et Tomum anathematizavit, se eius καθαίρεσιν facturum, sed illo tempore consilio Archelai episcopi Caesareae, qui ibi adfuit, viri intellegentis hoc prohibitus erat Euphemius [1]; et quoniam
5 Petrus mortuus erat Euphemius eandem iram in Athanasium tenebat, qui post illum Alexandriae episcopus factus est; qui apertius ac liberius synodum et Tomum anathematizabat. Et Euphemius se in eum accingebat eum summoturus; et Felicem Romae in auxilium vocabat. Et, cum improbitas eius Athanasio
10 per apocrisiarios eius ibi *constitutos* nota esset, qui scripserunt et epistulae eius etiam exemplar ad eum miserunt, quae ab eo ad Felicem scripta est, Athanasius se accinxit et ad Sallistium [2] Hierosolymorum scripsit et ab eo responsum accepit de fidei consensu; et ambo Anastasium regem de Euphemio certiorem
15 fecerunt eum haereticum esse, et confirmandi causa * epistulae eius exemplar ostenderunt. Et, cum gesta eius per episcopos nonnullos qui Constantinopoli adfuerunt, et monachos etiam fideles qui ab Alexandria et Oriente *erant* explorata essent, relegatus est et sede sua expulsus; et factus est eius loco
20 [Ma]cedonius, qui et ipse post quindecim annos expellitur, ut infra scriptum est.

* p. 20.

CAPUT II EIUSDEM LIBRI DE ISAURIA QUAE DEFECIT NOS DOCET.

Isauri autem, quoniam diebus Zenonis rebus prosperis usi erant, qui ante Basiliscum et Marcum tyrannos recesserat [et] [3]
25 cum ad arces eius terrae quae vocantur SLMWN confugisset ibi degerat, necnon et in regno diebus Zenonis παῤῥησίαν habuerant, qui fuit eis remunerator, eosque omnibus modis bonis *rebus* a se *datis* dignos aestimavit, bonam suam fortunam non sustinuerunt [4]; sed, Anastasio rege facto, se superbe atque insolenter
30 gerebant, et seditionem in eum fecerunt; et sibi tyrannos constituerunt, et rectores qui ab Anastasio mittebantur non recipiebant, nec πόρον ei dare adnuebant, sed et ὑπαρχίας [5]

[1] Clausula incompleta relicta est. — [2] Ms. 'Sallitium'. Scribi debebat 'Sallustium'. — [3] In ms. excidit. — [4] Hunc sensum vocis [illegible] lexx. e Cyrilli versione tantum proferunt, et ut vers. litteralem vocis φέρω explicant, sed hic nullum textum gr. reddit; cf. p. 115, l. 24, textus (Corrigenda). — [5] Requiritur ἐπαρχίας.

finitimas populabantur. Et, cum ἐκβοήσεις et ἀναφοραὶ in eos regi oblatae essent, exercitum misit et in eos paravit. Et Isauri proelio victi sunt; et debiles visi sunt et subiugati sunt, et tyranni occisi. Tremuit autem terra; et locustae ad 'Arabh[1] ʿBeith Nahrin[2] venerunt; et facta est fames anno ἐνάτῳ[3], de qua librum scripsit Iacobus doctor Batnarum, 11° regni Anastasii. Et Arabes[4] multi mortui sunt, et Amidae quo recesserunt et alibi passim.

*p. 21. * CAPUT III EIUSDEM LIBRI VII DE THEODOSIOPOLI ARMENIAE INDICAT, QUAE EXPUGNATA EST, ET DE AMIDA URBE BEITH NAHRIN.

Cum Piruz rex terrae Persarum in regione sua regnaret, anno 13° Anastasii, Hunni portis quae a Persis custodiebantur et locis montanis quae ibi *sunt* exierunt, et in terram Persarum pervenerunt. Et Piruz territus est et exercitum collegit eisque occurrit. Et, cum consilium apparatus eorum et in regionum suam incursionis ex eis rogasset[5], ei dixerunt : « Id quod regnum Persarum tributi modo hominibus barbaris ut bestiis rapacibus quae Deo vivunt (?)[6] in tractu septentrionali et occidentali nobis dat nobis non sufficit : et armis et arcu et gladio vivimus, et cibo omnis carnis alimur. Et rex Romanorum nobis per legatos suos promisit se duplum tributi daturum, si nostram cum vobis Persis amicitiam rupturi simus; et hinc accincti sumus et huc advenimus, ut aut sicut Romani nobis detis et foedus vobiscum confirmemus, et[7], si nobis haud dabitis, accipite bellum ». Et, cum Piruz Hunnorum apparatum intellexisset, quamquam et eius exercitu multo pauciores erant, eos fallere voluit ac decipere; et se daturum eis promisit. Et congregati sunt viri quadringenti e principibus Hunnorum; et erat cum eis Eustathius vir mercator apamenus astutus, et eum consulebant. Congregatus est autem et Piruz, et cum eo viri quadringenti; et montem adscenderunt, *p. 22. * et foedus statuerunt, et una comederunt et manibus ad caelum sublatis iuraverunt. Et, cum pauci cum viris quadringentis tributi

[1] Sc. 'planities deserta'. Erat 'Arabh iuxta Edessam et 'Arabh iuxta Nisibin (SMITH s. v.) et 'Arabh prope Daram (p. 24). — [2] Sc. 'inter fluvios' = Mesopotamia, sed tractus provincia M. latior erat. — [3] I. e. 'indictione nona'. — [4] Sc. nomades qui 'Arabh incclebant; cf. p. 16, l. 27. — [5] Vide, in parte I[a], p. 69, n. 3. — [6] Textus obscurus et fortasse corruptus. — [7] Sic syr.

solutionem recepturi mansissent quod collectum erat, et ceteri Hunni ut regionem suam adirent dispersi essent, post decem dies Piruz fidem fefellit et bellum paravit, et in Hunnos qui dispersi erant, et in quadringentos qui manserant et qui cum 5 eis *erant*. Eustathius vero mercator Hunnorum animos erexit ne terrerentur, quamvis et paucissimi essent. Et in loco qua iuratum erat muscum et incensa carbonibus candentibus iniecerunt, et Deo obtulerunt, secundum consilium Eustathii ut mendaces obrueret. Et bellum cum Piruz fecerunt eumque occiderunt et 10 magnam exercitus eius partem ; et terram Persarum diripuerunt et in regionem suam reversi sunt. Et cadaver Piruz non repertum est ; eumque in regione eius mendacem vocant. Qawadh vero qui post eum regnavit et primores eius ira contra Romanos adfecti sunt, dicentes adventum Hunnorum et direptionem ac 15 vastationem regionis suae eos confecisse. Et Qawadh exercitum congregavit et Theodosiopolim Armeniae Romanorum exiit et urbem expugnavit ; et incolas eius clementer tractavit quia contumelias ab eis non acceperat ; Constantinum vero urbis eorum rectorem abduxit. Et tešri mense Amidam Beith Nahrin 20 pervenit ; et pugnis adsiduis sagittarum acutarum et ‘capitibus arietum’ quae murum trudebant ut caderet, et tectis pelliciis quae eos qui ‘mulos’ coacervaverunt et attulerunt et altitudine muro aequaverunt protegebant cottidie ⌜tres menses [1] * urbem * p. 23. pugna non expugnavit, cum opera ac pugna populus qui cum 25 eo *erat* laborem multum perpessus sit ; et contumeliam ab hominibus male ordinatis de muro auribus suis audiebat, et derisionem et sugillationem, et in magnum angorem redactus est. Et moerore et paenitentia adfectus est quoniam hiems rigore suo eum supervenit ; et, quoniam Persae vestitu suo impediebantur, 30 debiles videbantur, et arcus eorum magis laxabantur ob aeris [2] humiditatem, et ‘capita arietum’ eorum muro detrimentum non fecerunt aut eum perfregerunt ; quoniam quadra [3] iuncorum accubitorum [4] catenis colligabant [5], eisque impetum ‘capitum arietum’ accipiebant, eisque obstabant ne murum perfringerent. 35 ‘Muli’ vero ὕλην ab intus murum perfregerunt [6], et glaebam a

[1] V et MICH. ‘tumulum magnum’, quod glossa ad ‘mulos’ esse videtur. Tempus 3 mensium a ‘Ios. STYL.’ (cap. LIII) etiam datur. — [2] ἀήρ. — [3] κόδρα. — [4] ἀκκούβιτον. — [5] Sc. ‘cives’. — [6] Sic syr.

foris intro portabant, et cavum ab imo trabibus paulatim fulciebant. Et, cum viri armati Persae electi 'mulum' adscendissent, et trabes super murum posuissent intrandi causa, — et loricati erant, et rex praesens erat et exercitus eius foris, et armis et sagittis emittendis eos adiuvabat, et clamore animos eorum 5 erigebat, eosque praesentia sua atque adspectu instigabat et urgebat, qui erant viri circiter quingenti — pelles tauro modo detractas et faenumgraecum elixum cum stacte de muro trabibus iniecerunt, et pellibus faenumgraecum liquidum infuderunt, ut
*p. 24. loca lubrica facerent, et inter fulcimenta quae sub *'mulo' *erant* 10 ignem reliquerunt. Et, cum alteri cum alteris sex circiter horas pugnassent, et impediti essent quominus intrarent, ignis flagravit et trabes fulcimentorum consumpsit ; et subito reliqua etiam ὕλη violentia ignis in cinerem dissoluta est, et 'mulus' dissiluit et corruit, et Persae qui supra *erant* in eo arserunt, necnon contusi 15 sunt eo quod ab eis qui super murum *stabant* lapidati sunt. Et rex pudore ac tristitia reversus est cum ab impudentibus quibusdam superbis et iactantibus plus plusque derideretur et contumelia adficeretur, quoniam episcopus in urbe illa non erat, qui eis praeceptor esset eosque ordinaret. Mortuus enim erat ante 20 paucos dies Iohannes episcopus vir verecundus et illustris et moribus venerandus. Hic de monasterio Qartamin vocatus est et electus venit et factus est episcopus ; et ieiunandi consuetudinem et abstinentiam suam et mores suos non mutavit, sed et officio *recitando* die noctuque adsiduus erat, et urbis divites 25 admonebat et hortabatur, dum dicit diebus famis et adventus Arabum [1] et pestis ne frumentum inopiae tempore retineant, sed vendant, et pauperibus dent, ne si retineant hostibus id reservent, secundum verbum Scripturae [2], id quod reapse accidit. Huic angelus aperte apparuit, iuxta altaris mensam stans, et hostium 30 adventum ei praedixit, et ipsum ut virum iustum ante hostes remotum iri. Et ipse dictum revelavit, id coram populo urbis praedicans, ut paenitentiam ageret et iram effugeret.

*p. 25. *CAPUT IV EIUSDEM LIBRI VII SIGNIFICAT QUOMODO AMIDA URBS EXPUGNATA SIT, ET QUID HABITATORIBUS EIUS ACCIDERIT. 35

Cum pugnis diversis quas contra urbem fecit Qawadh et

[1] Sc. eorum qui ob locustarum incursionem Amidam confugerunt (cap. II). — [2] Luc., XII, 20.

exercitus eius victi essent, et militum eius multi mortui essent, manus eius laxatae sunt, et rogabat ut argenti donum modicum ei daretur, et urbe recederet. Leontius autem princeps βουλευτῶν Bar PPY[1] et Cyrus ἡγεμὼν et Paulus Bar Zainabh oeconomus litteris quas ad Qawadh miserunt τιμὰς olerum hortensium quae exercitus eius comederant, et reliqui frumenti ac vini quod collegerant et a pagis tulerant ultro ab eo postulabant. Et, cum his *rebus* valde adflictatus esset, et paratus esset pudibundus recedere, apparuit ei ut ipse postremo rettulit visione noctis Christus, eique dixit intra tres dies se urbis habitatores ei traditurum quia in eum peccassent. Et hoc ita effectum est. In parte occidentali urbis, prope tripyrgium, specula fuit monachorum *ibi* collocatorum de monasterio Iohannis *regionis* Urṭāye[2], et archimandrita eorum Persa fuit. Et e regione turris huius speculationis eorum marzbānā quidam Qanaraq[3] claudus foris castra habebat; et cum cottidie nocte ac die custodiam vigilanter teneret studio et astutia utebatur, dum dolos excogitat quomodo urbem expugnet. Homo enim quem in urbe Quṭrighā[4] vocabant vir fuit latro (?) *et* seditiosus et fur. Hic multum omnibus modis contra Persas fortiter agebat, et pecudes ac bona de eis audenter trahebat; * ita ut ob morem et vocabulum quod clamabant qui super murum *stabant* ipsi etiam eum Quṭrighā vocarent. Hunc videbat Qanaraq, cum per aquaeductus tripyrgio coniunctos eum egredi et rapere et intrare perciperet; et aliquando ipsi Persae eum voluntatem eius perficere sinebant, dum discedunt et gesta eius scrutantur; et post eum currebant et videbant unde exiret et intraret. Accidit autem *ut* illa nocte qua expugnatur urbs tenebrae fuerint, et caligo nubis pluviam lenem demittentis; et monachis qui tripyrgium custodiebant *vir* quidam amice convivium fecit, *eos*que vinum potare fecit hora vesperis profundi; et ob hoc somnus eos oppressit, nec secundum morem suum in specula sua studiose excitati sunt. Et, cum venisset Qanaraq Quṭrighā secutus, ipse et pauci ex exercitu suo, et muro adpropinquasset, monachi non clamaverunt, nec saxa iecerunt; et

* p. 26.

[1] A 'PP' (Pappus ?). — [2] Incolarum Anzetenes. Vide IOH. EPH., *De Beat. Or.*, LVIII (LAND, *Anecd. Syr.*, II, 277); Nöldeke in *ZDMG*, XXXIII, 163. — [3] Χαναράγγης ap. PROC., *Bell.*, I, XXI, 4, occurit, sed vix idem est. — [4] Sc. 'accusatus', de κατηγορῶ (?).

intellexit vir eos dormire, et scalas et exercitum suum arcessivit. Et qui cum eo *erant* per aquaeductus intraverunt, et turrim monachorum adscenderunt eosque occiderunt ; et turrim occupaverunt, itemque pedaturam [1], et scalas ad murum erexerunt ; et nuntium ad regem misit. Cum vero haec audissent vicini eorum 5 qui turrim aliam custodiebant et clamassent, ad monachos occisos venire quaesierunt, nec potuerunt, sed et nonnulli eorum sagittis a Persis vulnerati sunt et mortui sunt [2]. Et, cum res ad Cyrum ἡγεμόνα relata esset et advenisset, faces eum sequebantur, *p. 27. et *[qui faces portabant] [3] facile [sagittis feriebantur, et] [3] a 10 Persis, qui in tenebris stabant, neque ipsi a sagittariis laedebantur, sagitta vulneratus est, et saucius recessit. Et, cum diluculum advenisset et rex et exercitus eius ad locum accessissent, scalas ad murum erexerunt, et exercitum adscendere iussit ; et ex adscendentibus multi perierunt, telis saxisque vulnerati et 15 κονταρίοις depulsi. Et qui prae timore a scalis revertebantur et descendebant iussu regis occidebantur, ut ignavi et e pugna profugi, et ob hoc Persae confirmati sunt et *in rem* incubuerunt, ut aut victoriam adepti et urbe expugnata gloriam adsequerentur, aut in ipsa pugna vulnerati a rege suo, qui aderat et ἀγῶνος 20 eorum spectator erat, non vituperarentur et occiderentur. Cives vero fornicem tholi turris in qua Persae *erant* ab imo subruere voluerunt, et fulturas (?) subruere inceperunt ; et, dum hoc fit, turris alia expugnata est, et deinceps etiam alia, et muri custodes occisi sunt. Petrus autem ingenti corpore vir [de] [4] 'MKR' solus 25 ipse pedaturam [1] unius partis tenuit, thorace ferreo indutus, nec Persas transire sivit, et qui adgrediebantur foris intusque κονταρίῳ depellebat et extrudebat, dum firme perstat et ut heros obdurat, donec ex alia parte quinque *vel* sex turres expugnatae sunt, et tandem ipse etiam effugit neque occisus est. Et primo Persae 30 totum murum occupaverunt et tenuerunt ; [5] et custodes noctem *p. 28. *unam et diem unum et alteram noctem occiderunt et depulerunt,

[1] πεδατοῦρα. — [2] Add. Chron. Anon. (in hac serie, t. XIV), p. 189, « et alii lanceis et gladiis occisi sunt ». — [3] In mss. excidit ; e MICH. addidi. — [4] In mss. excidit, nisi ܡܟܪܘܒܐ corruptum est. Legendum fortasse ܓܢܒܪܐ ('gigas' vel 'heros'), vel melius ܓܢܒܪܐܝܬ ('heroice'). — [5] V marg. add. 'mille milia *hominum* Amidae trucidati sunt praeter eos qui in tabernis et aquaeductibus et in ecclesiis'; vide p. 19, l. 14.

et denique descenderunt et portas aperuerunt ; et exercitus intravit mandato regis accepto ut omnes condiciones atque aetates, viros ac mulieres, tres dies et tres noctes trucidarent. Ecclesiam vero unam quae magna *ecclesia* Quadraginta
5 martyrum vocabatur regulus quidam christianus regionis Ārrān regem imploravit [1], et eam servavit, hominibus plenam. Et post tres noctes diesque caedes conquievit regis mandato ; et viri intraverunt qui gazas ecclesiae et primorum urbis custodirent, ut quidquid in eis inveniretur regi esset. Iussit
10 autem cadavera etiam occisorum quae in plateis [2] *erant* et quos crucifixerant congregari et ad *partem* septentrionalem urbis efferri ut rex intraret, qui foris a *parte* eius meridionali fuit. Et congregata sunt et dum efferuntur numerata sunt, octoginta milia, praeter ea quae in tabernis deposita erant et in aquae-
15 ductus coniecta et in atriis relicta. Et deinde rex thesaurum ecclesiae intravit ; et, cum imaginem Domini nostri Iesu similitudine Galilaei depictam ibi vidisset, rogavit cuius esset ; et dixerunt ei « Dei nazarenorum ». Et caput ante eam inclinavit et dixit : « Hic mihi dixit ‘ Mane et urbem a me cape et habitatores
20 eius quod in me peccaverunt ’ ». Argentum vero multum vasorum sacrorum et aurum tulit, et vestimenta pretiosa quae ab Isaac Bar BR‘Y [3] ὑπάτου viro divite urbis ante paucos annos ecclesiae per hereditatem obvenerunt. Invenit autem ibi et vinum bonum cum faece eius siccatum ; quod sublatum erat *idemque * p. 29.
25 in sole septem annos repositum, et tandem siccatum erat. Huius portionem cum itinera facerent in sacculis lineis mundis comminutam sumere solebant oeconomi, et exiguam *partem* eius aqua commiscebant et bibebant, cum suavitate et gustu vini, et inscientibus *id* ḥ ĕ n ā n ā [4] esse dicebant. Et rex valde id
30 admiratus est idque abstulit ; et ex illo tempore ars haec cuppediae a filiis ecclesiae desiit.

Aurum vero et argentum domuum primorum collecta sunt et vestes exoptandae, et regis thesaurariis data sunt. Dempserunt autem et cunctos ἀνδριάντας urbis, et horologia et marmor ; et

[1] Sic syr. — [2] πλατεῖα. — [3] Cf. IOH. EPH., *De Beat. Or.*, XIII (*P. Or.*, XVII, 191). — [4] Sc. mixtura olei et pulveris sacri quae unctionibus adhibebatur (SMITH, s. v. ܚܢܢܐ).

aes collegerunt et omne quod voluerunt ; et ratibus ligneis quas fecerunt imposita per Tigrim flumen quod urbem ab oriente praeterfluit et regionem eorum ingreditur miserunt. Rex vero urbis principes et rectores conquisivit ; et Leontius et Cyrus ἡγεμὼν qui sagitta vulneratus erat ad eum adducti sunt, et 5 ceteri primores. Paulum autem Bar Zainabh oeconomum Persae occiderunt, quod aurum multum apud eum invenerunt, ne regi revelaret. Leontio vero et Cyro vestes sordidas induerunt, et funes pellis porcinae collo eorum circumiecerunt, eosque suibus feminis oneraverunt et traxerunt, dum proclamatione facta eos 10 ignominiae obiciunt et dicunt : « Rectores qui urbem suam non bene regunt et populum eius ordinant ne regem contumelia adficiat tali contumelia digni sunt ». Postremo autem in vincula

* p. 30. coniecti sunt. * Et primores et cuncti ⌜artificum magistri[1] collecti sunt, et in regis praedam secreti, et ad regionem eius cum exercitu 15 qui eos deducebat missi sunt. Homines vero nonnulli e regis exercitu adpropinquaverunt, eique dixerunt : « Propinqui fratresque nostri ab urbis habitatoribus pugna occisi sunt » ; et ex eo rogaverunt ut decimus quisque virorum in vindictam exigendam eis daretur. Et collegerunt et numeraverunt, et turbae hominum partem eis 20 dederunt, eosque interfecerunt omnibus modis eos occidentes. Rex vero in balneo[2] Pauli Bar Zainabh lautus est ; et post hiemem urbe recessit, et Eghlun[3] ducem exercitus rectorem in ea reliquit, et duo m a r z b ā n e, et circiter tria milia militum qui urbem custodirent, et Iohannem Bar Habhallāhā e divitibus 25 et Sergium Bar Zabhduni qui eos[4] regerent. Et deinde aestate Romani advenerunt et principes exercitus *erant* Patricius στρατηγὸς magnus, vir senex aequus ac fidelis, verumtamen ingenio parum acuto, et Hypatius et Celer μάγιστρος, postremo autem et Arebindus[5]. Erat autem cum eis et comes Iustinus, qui post 30 Anastasium regnavit. Et congregati sunt, et pugnam in urbem fecerunt, et turres ligneas et cuniculos et omnes machinas[6], et portam quoque urbis quae *porta* domus Mār Zĕʿurā vocatur combusserunt, ut contra Persas intrarent. Et dum requiescunt impediti sunt neque intraverunt quoniam Persae eam clauserunt, 35

[1] Ita correxi. Textus corruptus est. — [2] βαλανεῖον. — [3] Proc., *Bell.*, I, viii, 10, Γλώνης. — [4] Sc. cives. — [5] Sic semper. — [6] μηχανάς.

nec Romani urbem expugnaverunt eamque proelio eis abstulerunt, quamquam et homines qui in ea inveniebantur fame cottidiana in angustias adducti sunt, * donec tandem homines in ea alius alium comederunt. Et quomodo, quamquam et atrox narratio *est* et tristitiae *plena* est, quia veritas est, quomodo [1] in hoc v deinceps capite eiusdem libri referam.

* p. 31.

CAPUT V EIUSDEM LIBRI VII QUOD DE FAME INDICAT QUAE AMIDAE EXPUGNATIONE FUIT ET QUOMODO PERSAE URBE EXIERINT ET IN REGIONEM SUAM RECESSERINT.

Rex Qawadh, ut supra dictum est, ubi cum exercitu suo in regionem suam Amida recessit, Eghlun quendam ducem exercitus in ea reliquit, et duo m a r z b ā n e, et circiter tria milia militum, qui urbem custodirent, et duo tres*ve* divites, et homines privatos. Et hos non superaverunt duces exercitus Romanorum et [2] urbem expugnaverunt eamque ceperunt. Tandem vero Patricius ad Arzun Persarum descendit, et captivos abduxit, et arces in ea expugnavit ; et Arebindus et Hypatius Nisibin *descenderunt*, neque eam expugnaverunt ; quamquam etiam cives Romanis favebant, seque pugna segnes praestabant. Verumtamen, cum audisset Qawadh rex, contra Romanos cum exercitu venit et ab eo fugerunt, et tabernacula sua reliquerunt, et impedimenta quae cum eis erant ; a *pago* Ḥarzam [3] qui ad Āphadhanā [4] *pertinet* Arebindus, et a *pago* Tel Qaṣrā Hypatius et Patricius et alii ; et equos multos perdiderunt, et equites eis impositos qui de rupibus montium ceciderunt et contusi sunt et mortui ac lacerati sunt. Solus autem Parzman [5] quidam bellicosus pugna vicibus nonnullis gloriam adeptus est, et Persis celeber erat ac timendus, et nomen eius eos terrebat, et facta eius eos delebant ac minuebant, et ignavi ante eum inveniebantur et cadebant. * Hic tandem cum quingentis equitibus Amidam venit, et Persas ad pagos exeuntes observabat, et partem eorum occidebat, et animalia quae cum eis erant capiebat et equos eorum. Advenit autem ad eum vir quidam astutus cui nomen Gadhānā de pago Akhāre, quem

* p. 32.

[1] Ita vox iterata est. — [2] Sic syr. — [3] PROC., l. c., Ἄρζαμα ; PTOL., *Geogr.*, V, XVII, 7, Ἄρξαμα. — [4] PROC., *Aed.*, II, IV, 20, Ἀπάδνα ; PTOL., l. c., Ἀπφαδάνα ; cf. infra, IX, II. — [5] PROC., *Bell.*, I, VIII, 3, Φαρεσμάνης.

ipse novi, et pactum cum eo fecit se Eghlun ducem Persarum deceptum cum trecentis quadringentis*ve* equitibus sub praetextu ad eum educturum. Et, quod hic Gadhānā *supra* commemoratus venator erat ferarum, et perdicum et columbarum[1], libere apud Eghlun intrare solebat, dum manibus munus viro de praeda portat, et coram eo panem comedebat, et ab eo res τιμῇ aequales ex urbe capiebat. Et tandem dixit ei : « Romani circiter centum viri et quingenti equi septem milibus passuum ab urbe in loco ʻAphthā vocato *iumenta* pascunt » ; et ut amicus ei auctor erat ut exiret et iumentis potiretur, occisis Romanis et fama *sibi* adquisita. Et speculatores misit et paucos Romanos viderunt et equos ; et reversi eum certiorem fecerunt. Et se paravit et viros equites quadringentos secum adsumpsit, et hunc Gadhānā mulo *insidentem*. Et adduxit eum et in media vigilia Romanorum in insidias eorum constituit ; ideoque Romani Persas trucidaverunt ; et caput Eghlun Tellā attulerunt. Filius ergo Eghlun dolore et ira adfectus est, et m a r z b ā n e qui ibi *erant* cautione, neque habitatoribus qui in urbe inclusi adfuerunt *licentiam* dabant ad mercatum exeundi, qui iuxta murum conveniebat, agricolarum de pagis qui vinum ac triticum *et alia *bonorum* genera adferebant et vendebant, et Persis et civibus, cum equites eos comitarentur, et alios atque alios exciperent et deducerent, nec quisquam secundum νόμον pulcrum Persarum pagorum incolis quidquam auferre auderet, et prout volebant venderent, et τιμὰς et res ex urbe caperent ; et studiose ad mercatum conveniebant. Ergo propter caedem Eghlun et equitum mercatus desiit ; et primores qui in urbe remanserant et virorum circiter decem milia comprensi sunt, et in stadio inclusi sunt ; et custodiebantur, neque erat alimentum ; et pars eorum mortui sunt. Et calceamenta sua comederunt et stercus suum, et urinam suam biberunt ; et tandem alius alium adorti sunt. Et, cum iam consumpti essent, qui in stadio remanserant soluti sunt ut mortui e sepulcris intra urbem. Et mulieres famelicae quae praesto erant partem virorum blanditiis et fraude et artificio multae simul corripiebant, eosque superabant et occidebant et comedebant ; et plus quam quingenti viri a mulieribus comesi sunt. Et tribulatio valde aucta famis

[1] A ʻpiscium'.

quae in hac urbe fuit Samariae obsidionem [1] et Hierosolymorum vastationem excessit, quae in Scriptura exponitur, et *quam* Iosephus refert. Tandem vero venit ad urbem Parzman, et cum Persis qui in ea *erant* pactum fecit, qui et ipsi debiles erant. Et
5 principes Romanorum et Persarum ad portam urbis consederunt; et Persae exibant quantum valebant portantes, neque inspiciebantur; et, si qui e civibus eos comitarentur, rogabantur utrum manere vellent, an *cum Persis abire praeoptarent; et ita urbe *p. 34.
recesserunt. Undecim vero centenaria auri pro urbis redemptione
10 et pace per Celerem μάγιστρον Qawadh data sunt. Et instrumentis confectis ὑπογραφὰς [2] regi ad subscribendum obtulerunt. Et rex dormiit; et in visione ei dictum est ne pacem faceret; et cum evigilasset chartam [3] conscidit; et in regionem suam recessit auro *secum* ablato. Parzman autem in urbe mansit, habitatores
15 eius et regionem gubernans; et vectigalis remissio *in* septem annos a rege facta est. Et rex urbis habitatores clementer tractabat, et qui a captivitate redibant donis liberaliter dignabatur et benigne accipiebat, unumquemque secundum ordinem eius; et urbs pacem recepit, et habitata est; et muri structura aucta
20 est. Et vir mitis ac lenis Thomas monachus βουλευτὴς episcopus misericors ad urbem missus est consilio DYT [4]. Et porro dispensatio Dei Samuelem [5] iustum de monasterio Qathārā [6], virum miraculorum actorem et 'solutorem nodorum' [7], illuc advocavit et accivit; et urbem precibus suis fulsit et ipse etiam habitatores
25 eius adiuvit.

CAPUT VI EIUSDEM LIBRI VII DE DARA PAGO BEITH NAHRIN [8], QUOMODO IN LIMITE TERRAE ROMANORUM ET PERSARUM CONDITA SIT, DIEBUS ANASTASII REGIS ET THOMAE EPISCOPI AMIDAE URBIS.

Στρατηγοῖς et principibus exercituum *Romanorum, qui post *p. 35.
30 belli cum Persis ἀγῶνα ad urbem regiam pervenerunt, culpas haud modicas ingerebat Anastasius rex, quod non secundum voluntatem eius post Dominum nostrum bello gloriam adepti erant et prospere se gesserant, et Persas vicerant aut eos Amida

[1] Hoc ܐܫܪܐ hic significare videtur; cf. infra p. 43, l. 2. — [2] Requiritur ἀπογραφάς. — [3] χάρτης. — [4] V 'DNT'; cf. p. 12, l. 12. — [5] Cf. cap. VIII, init., et IOH. EPH., *De Beat. Or.*, LVIII (LAND, *Anecd. syr.*, II, 276, 282). — [6] Sc. 'rupis'. — [7] DAN., V, 12. — [8] Vide p. 14, n. 2.

expulerant, nisi donis et auro quae ab eo missa sunt. Et defensionem faciebant quod στρατηγοῖς arduum esset cum rege dimicare, qui secundum verbum Dei, quamvis etiam Assyrius esset et hostis, in ultionem peccatorum ad regionem Romanorum a Domino missus esset [1], et propter magnitudinem exercitus qui cum eo erat, et quod porro sibi haud facile fuisset etiam eo absente Nisibin expugnare, eo quod machinas [2] non haberent paratas, aut refugium requietis, quod arces procul essent, et minores quam ut exercitum exciperent, neque aqua sufficeret quae in eis *erat* nec ceterae τροφαί (?) [3]; et eum orabant ut mandato eius urbs iuxta montem conderetur, ad refugium exercitus et requiem eius, et ad arma paranda, et ad regionem 'Arabum [4] a latronibus Persarum et Ṭayāye [5] custodiendam; et pars ei de Dara loquebantur, et pars de 'Amudhin [6]. Et litteras ad Thomam episcopum Amidae scripsit; et μηχανικὸν misit et σκάριφος fecit, et secum ad regem attulit hic sanctus Thomas. Et in oculis regis et primorum placuit ut Dara urbs conderetur. Et

* p. 36. hoc tempore * dux [7] fuit Felicissimus, vir strenuus ac sapiens; neque avaritia adpetens erat, sed aequus erat, et agricolas et pauperes amabat. Et rex Qawadh cum Ṭamurāye aliisque regionis suae hostibus dimicabat. Et rex Thomae episcopo aurum dedit, τιμὴν pagi qui ecclesiae fuit, et ταμείῳ eum emit; et omnem inquilinum qui in eo *erat* liberavit, et terram eius et domicilium sibi [8] attribuit. Et ad ecclesiam urbis aedificandam auri centenaria nonnulla dedit, et cum iuramento promisit quidquid expensurus esset episcopus se manu larga daturum, nec fraudaturum. Et postremo sacram [9] fecit ἀμεριμνίαν [10] et sine συνόψεως secundum episcopi dictum, ut ita urbs statim conderetur, artificibus et fabricatoribus [11] et agricolis quibus ad ὕλην in ea colligendam opus erat lucrum et munera adquirentibus. Et lapicidas multos et ἐργολάβους misit; et neminem ⌜labore mercedis [12] eius fraudari

[1] Is., x, 5, 6. — [2] μηχανάς. — [3] Ita Abr.; cf. textus p. 174, l. 10, et 194, l. 3. Vox syr. ܛܪ̈ܦܐ 'folia' locis non convenit. — [4] Sc. 'Arabh'; vide p. 14, n. 4. — [5] Ita Syri Arabes nominant, praesertim eos qui extra imperium vivebant. — [6] Vide p. 64, n. 11. — [7] δοῦξ. — [8] Vel 'ei'. — [9] σάκρα. — [10] Just., *Nov.*, cxxviii, 3. — [11] Vox ܥܒ̈ܕܐ hunc sensum (lexicis ignotum) hic habere videtur, non 'servis' significare; cf. p. 25, l. 7. — [12] Requiritur potius 'mercede laboris'.

iussit; quod recte intellexit et sagaciter percepit hoc pacto urbem in limite celeriter condi posse. Et, cum ope Domini nostri eam inchoassent et incepissent, erant ibi operum praepositi et curatores Cyrus 'DWN et Eutychianus presbyter[1], et Paphnuṭ et Sergius et Iohannes diaconi, et alii de clero Amidae; et ipse episcopus sedulo[2] ibi praesto erat et *rem* agebat. Et aurum artificibus et omnium rerum fabricatoribus sine deminutione ulla abundanter dabatur; ita ut *operarius in diem quattuor [* p. 37.] ceratiis staret, et si asinum secum habebat etiam octo; et multi ob id divites ac locupletes facti sunt. Et, quod rem aequam esse et mercedem dari pervulgatum est, ab oriente ad mare operarii et artifices convenerunt; necnon operis praepositi facultatibus optime instructi sunt, et marsupia eorum repleta sunt; quod virum munificum invenerunt, mitem ac lenem, quod regi aequo credidit, et promissis erga se factis. Et duobus tribus*ve* annis urbs condita est, et ut *ita* dicamus subito in limite germinavit. Et cum audisset Qawadh et inhibere quaesisset non potuit, quod murus erectus et aedificatus erat receptaculum eis qui illuc confugerent. Et δημόσιον[3] magnum aedificatum est, et horreum amplum, et ἀγωγὴ quae per pedes montis venit, et cisternae[4] mirabiles intra urbem quae aquam exciperent. Et hortatores a rege ad ipsum episcopum crebro veniebant, et cunctas pulcras eius aequitatis et rectitudinis famas ad regem deferebant. Et viro valde delectatus est, et aurum mittebat viri dicto obtemperans et sine mora adsentiens. Et postremo centenaria quae misit numerata sunt; et episcopus litteras regi scripsit in quibus dicebat ea — tanquam coram Deo loqueretur — revera in opus expensa esse, nec quidquam ex eis in manu sua mansisse neque ad ecclesiam suam pervenisse. Et libenter sacram[5] ἀμεριμνίαν ei misit omne aurum quod ab eo missum esset per aedificationem in urbe factam ταμεῖον recepisse, *id*que solutum esse. Et Dara de nomine regis aequi Anastasiopolis nominata est. Et *per diadema [* p. 38.] suum iuravit neque a se neque ab eis qui post eum reges exstituri essent Thomae λογοθεσίας impositum iri neque ecclesiae eius[6]. Et episcopum primum consecravit et ibi constituit Eutychianum

[1] Legendum fortasse 'presbyteri'. — [2] V 'crebro'. — [3] Sc. 'balneum'. — [4] χιστέρνας. — [5] σάχρα. — [6] Cf. IV *Reg.*, XXII, 5-7.

presbyterum, virum studiosum et rebus adsuefactum ; et ecclesiae eius προνόμια iurium de dicione ecclesiae Amidae dedit. Et ei haerebat Iohannes vir Romanus [1] ordinatus de Amida. Hunc totondit Eutychianus, eumque presbyterum fecit et xenodocharium ; et, quando ad urbem regiam adscendit, cum 5 eo fuit. Et, cum coram rege apparuisset, ecclesiae eius οὐσίαν dedit. Abraham vero Bar KYLY [2] de Tel Bande (?) [3] illo tempore notarius [4] fuit, qui filius *erat* Ephraim de Tellā. Et is etiam Eutychiano episcopo haesit, et fecit eum presbyterum ; et missus est et operis et aedificationis δημοσίου praepositus factus est, et 10 denique ecclesiae oeconomus. Dona autem vasorum sacrorum et auri in aedificationem ecclesiae magnae ut in urbe aedificaretur rex Eutychiano dedit eumque dimisit. Et paulum tempus vixit, et episcopus mortuus est ; eique ibi successit Thomas Bar 'Abhdiyā de Riš'ainā, qui fuerat Romanus [1], et ecclesiae Amidae oeconomus 15 erat ; et is etiam vigilans erat et in rebus versatus. Et hic Iohannes xenodocharius ab eo fidus habebatur, eique carus erat, quod vir fuit aequus ac verecundus. Et, quando hic sacer Thomas sede sua propter zelum fidei recessit, hic fidelis Iohannes ei haesit, et fecit eum chorepiscopum. Et circiter septemdecim annos in locis 20 diversis in ξενίᾳ fuit, et constantiam suam non * mutavit et τρίτῳ [5] mortuus est quando Kāsrun Antiochiam adscendit ; qui monachis se coniunxit qui *urbe* Marde ante hostes recesserunt. Et in monasterio Beith TYRY [6] sepultus est, et iuxta episcopum suum qui prius requieverat depositus est. 25

*p. 39.

CAPUT VII EIUSDEM λόγου VII, DE MACEDONII HAERETICI EX URBE REGIA EIECTIONE.

Macedonio, qui idem erat Constantinopolis episcopus, insidiae quae in pectore eius *erant* ut opinionem suam celaret non permiserunt ; sed ut pomum *erat* quod die suo finditur, ut dixit 30 Iob [7], et 'id quod absconditum est revelabitur, et quod in cubiculis factum est super tecta proclamabitur' ut dixit [8] rursus in evangelio [9]. Hic monachis 'Ακοιμήτων [favebat] [10], qui circiter mille erant ; qui balneis [11] et voluptatibus corporalibus luxuriabantur, et

[1] Sc. 'miles'. — [2] Cf. X, II. — [3] A MYD', V BNR' ('Banre'). — [4] νοτάριος. — [5] Sc. indictione tertia — [6] Cf. p. 55, l. 23. — [7] *Iob.*, XXXII, 19. — [8] Sic ms. — [9] LUC., XII, 2, 3. — [10] In ms. excidit. — [11] βαλανεῖον.

extrinsecus hominibus venerabiles videbantur, et σχήματι verecundiae ornabantur, ut sepulcra dealbata, intus vero omni spurcitia pleni erant [1]; qui eiusdem Macedonii sententiae adsentiebantur ; et quotannis Nestorii memoriam celebrabat, et cum eo
5 in monasterio suo et in aliis coenobiis eiusdem eorum opinionis celebrabant. Et ob hoc apud hunc ipsum Macedonium παῤῥησίαν habebant, et in libris scholae Diodori et Theodori legendis adsidui erant. Et χρήσεσιν ex eis et ex opere a Theodoreto de synodi πεπραγμένων composito — quod non est opus quod in linguam
10 syriacam versum est — librum quendam * fecit Macedonius, * p. 40.
eumque auro ornavit, et dicebat : « Patrum sanctorum est et ecclesiae doctorum. » Et, cum eum regi ostendisset, apud eum non acceptus est, sed et dixit ei : « Haec tibi non conveniunt ; sed vade *et* hunc combure ». Et, cum regis sententiam vidisset,
15 machinabatur [2] ut seditionem etiam in eum faceret ; eumque haereticum et manichaeum vocare solebat. [Et,] [3] quoniam donis ab eo honorabatur, μάγιστρος ei suffragabatur. Et res ad regis aures a quibusdam fide dignis nec qui per adsentationem loqui solebant [4] perlata est. Et silentium [5] fecit, et contumeliam qua a
20 Macedonio adfectus erat coram patriciis suis narravit, dum dolet et lacrimatur, eosque adiurat ut non ob metum [6], sed si revera rex eis non placeat, vel haeresis fraudem in eo esse sciant, dominium eius ab eo accipiant, et ipse ut infidelis pellatur. Et proni coram eo cum fletu ceciderunt, et de Macedonii audacia
25 infremebant, dum clamant eumque vituperant, et regem laudabant. Et ἐξορίαν eius decreverunt ; et, ut μάγιστρος [7] qui eum adiuvabat in contemptum adduceretur, ipse eum eicere iussus est, cum ad Oasim [8] mitteretur. Et Pascasius [9] diaconus etiam comprensus est, qui Macedonio haerebat *ei*que carus erat, et
30 in ὑπομνήμασι πράξεως coram ὑπάρχου omnia facta eius conscripsit, ipse [10] et monachi quidam, et alii qui στάσιν in urbe fecerunt,

[1] Matth., xxiii, 27. — [2] [illegible] aliunde incognitum est. Brockelmann ' spectavit, cogitavit' ; sed voces ab hac radice formatae malum sensum semper habent ; vide etiam textus p. 113, l. 26. — [3] In ms. excidit. — [4] Vox [illegible] lexicis sensu grammaticali solo cognita est. — [5] σιλέντιον. — [6] Excidit fortasse 'cohiberentur' ; Mich. (p. 262) ' me timeatis '. — [7] Ms. ' magistrianus '. — [8] Vide p. 32, n. 4. — [9] Sic syr. ubique. — [10] Videtur intellegendum : ipse (comprehensus est), et (etiam) monachi quidam, et alii etc. ; cf. p. 31, l. 9-12.

ne 'Deus qui pro nobis crucifixus est' ibi proclamaretur, ut in omni dicione Antiochiae, e diebus Eustathii qui fuit episcopus. Et quando et quomodo haec gesta sint en! accurate infra notavi in cognitionem lectorum.

*p. 41. *CAPUT[1] VIII EIUSDEM LIBRI VII, DE EPISTULA QUAE EX URBE CONSTANTINOPOLI DE MACEDONII EIECTIONE SCRIPTA EST.

Epistula Simeonis presbyteri, et fratrum monachorum qui cum eo *erant*, qui ex Oriente in urbe regia tunc adfuerunt, et Samueli[2] archimandritae suo de Macedonii eiectione ita scripserunt : « Eximio et electo et Dei amanti presbytero et archimandritae Samueli [et][3] presbyteris et diaconis cum omni cetera fraternitate a Simeone presbytero qui in urbe regia *est* et fratribus qui cum eo *sunt* salutem. Postquam litteras priores de omnibus rebus quas Macedonius in monasterio Beith Dalmat contra omnem veritatem fecit sanctitati vestrae scripsimus, Deus spiritum regis fidelis, ut leonem ad praedam, excitavit ; et rugiit, et partem universam inimicorum veritatis tremefecit. Dictum est enim 'ut rivulus aquae in manibus hortulani, ita cor regis in manibus Domini'[4]. Qui preces electorum suorum non neglexit, neque hominem in Dei loco adorantium cupidinem fieri sivit, rem finem iustum accipere faciat per preces vestras. Esto et amen! Certiores vos facimus, postquam Macedonius id quod sanctitudini vestrae litteris nuntiassemus fecisset, et haec πρόσωπα repudiata et concilium illud anathematizatum anathematizasset *die* 20° tāmmuz, *die* 22° praeparatione fuisse encaenia in martyrio in Hebdomo, et ipsum regem ibi fuisse, neque oblationem ab eo recepisse, neque ipsum nec reginam, sed etiam verba aspera ei dixisse. *Die* autem 24° dominica, monachi qui hic *habitant* ingressi

*p. 42. sunt, et cum Macedonio in ecclesia communicaverunt ; * et rex ingressum eorum moleste tulit. Et, *die* 25° feria secunda, fratres pauci ex his monachis ingressi sunt, qui se ab eis separaverant, et ad Mār Patricium στρατηλάτην venerant et libellum[5] ei dederunt quem ad regem inferret in quo dicebant : 'Adfirmamus eum Nestorii memoriam celebrasse, et nuntios nobis misisse, et

[1] Tit. cap. et tit. ep. in ms. transpositi sunt. — [2] Cf. p. 23, l. 22. — [3] In ms. excidit. — [4] *Prov.*, XXI, 1. — [5] λίβελλον.

nos etiam in monasteriis nostris quotannis celebrasse'. Et alia de eo scripserunt, has res in monasteriis suis perfici. Hoc ipso die rex mandavit, et aqua quae balnea[1] intrabat monasteriis eorum interclusa est, et quod bibebant tantum eis concesserunt; et διάριον quod a ταμείου recipiebant sustulit. Et *die* 26° unus συγκλήτων[2] qui vocabatur Romanus ad regem ingressus omnia quae in domo episcopali[3] gerebantur de eo scripsit; et regi dixit: 'Pascasius diaconus cum Macedonio totum malum fecit'; et rursus dixit: 'Librum quendam magnum fecit, cui omnium haeresium *pars* inest, et auro obductum est'. Et misit rex, eumque ad se sumpsit ut omnes blasphemias eius videret. *Die* vero 27°, rex silentium[4] congregavit. Et, cum patricii ingressi essent, dicit eis rex: 'Non*ne* vidistis quid hic Iudaeus qui nobiscum est fecerit? qui coram me et coram gloria vestra fecit id quod fecit, et synodum illam exstirpatam et haec πρόσωπα repudiata anathematizavit. Et, cum, ne multa molestia fieret, eum accepissemus, ipsemet id quod fecit abiit[5] et irritum fecit in monasterio Beith Dalmaṭ, et *res* omni veritati contrarias locutus est et Deo mentitus est et coram me et vobis. Haec*ne* bona sunt?' Et statim Clementinus patricius coram omnibus dixit: 'Qui Deo mentitus est, ipse etiam Deus a sacerdotio eius eum repudiabit'. * Et statim rex ὕπαρχον magnum in urbem exire iussit et cunctos orthodoxos[6] congregare qui cum σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς clamassent caesi sunt, et discere qui essent qui eos percusserunt; et ὕπαρχος exiit et fecit ut iussus erat. Et, *die* 28°, omnium nestorianorum nomina cepit qui ipsi anima fuerunt Macedonii, eosque ad regem introduxit, et rex eos comprendi iussit. Et, die 29°, rex omnes duces exercituum et omnes scholariorum principes et patricios congregavit et dixit eis: 'Secundum νόμον quo utor donativum[7] dare volo'. Ita enim e quo rex factus est facit, ut quinto quoque anno id det, iuramento ab omnibus Romanis[8] flagitato eos dolo in regiam maiestatem non usuros. Nunc vero eos flagitavit ut ita iurarent, ut evangelio deposito ingrederentur et quinos denarios acciperent, dum ita iurant: 'Per hunc νόμον Dei, et verba quae in eo scripta sunt

* p. 43.

[1] βαλανεῖον. — [2] Ap. Syros σύγκλητος saepius pro συγκλητικός ponitur. — [3] ἐπισκοπεῖον. — [4] σιλέντιον. — [5] Sic syr. — [6] ὀρθόδοξοι. — [7] δωνατῖβον. — [8] Sc. 'militibus'.

ex omnibus viribus nostris pro fide vera et pro regia maiestate revera certabimus, nec dolo utemur, neque in veritatem, neque in regem'. Ita enim eos ut iurarent flagitavit quoniam Macedonium seditionem in eum [1] excitare quaerere audierat. Et *die* 30° tāmmuz, rex omni στρατίᾳ rogas [2] fecit. Hoc ipso die presbyteri 5 et diaconi qui a clero eius se separaverant ne impietate eius implicarentur regi libellum [3] de Macedonio dederunt, in quo de eo indicaverunt eum cum omni impietate sua regiam maiestatem manichaeum vocasse et eutychianistam. Et, *die* 31° tāmmuz [4]

*p. 44. * dominica, timore magno ingressi, regem ira plenum et conturbatum invenerunt. 10 Et, cum multum tempus opperti essent, et omnes cum timore spectarent quid mandaturus esset, os aperuit, et ita dicere incepit: 'Non*ne* scitis me a pueritia in fide nutritum esse? Num quis vestrum quidquam a veritate dissidens in me vidit?' Et ei dixerunt: 'Absit, domine'. Et is statim dixit eis: 15 'Quoniam Macedonius me manichaeum et eutychianistam vocavit, en! coram ipso Deo omnium iudice defensionem pro me ipso facio, me praeter fidem CCCXVIII patrum sanctorum et CL non censuisse aut censere, unam ex hypostasibus Trinitatis, Deum Verbum, caelo descendisse, et e deipara Maria incorporatum esse, 20 *eam*que semper virginem esse confitentem, ipsumque pro nobis crucifixum esse et passum, et mortuum esse et post tres dies quemadmodum voluisset surrexisse, et ipsum iudicem esse mortuorum ac vivorum. Per sanctam Trinitatem vos adiuro, si quid aliud in me novistis vel si ei quod dixi non credidistis, ut 25 hanc χλαμύδα et hoc diadema mihi auferatis, meque in media hac urbe comburatis'. Et, cum haec dixisset, fletus magnus factus est; et cuncti patricii se ante eum proiecerunt; et Patricius στρατηλάτης dicit: 'Quisquis haec fecit, nec Deus ei ignoscet, nec regia maiestas eius miserebitur, nec canones ecclesiastici'. Et 30 rex dixit: 'Ergo quicunque ad συντυχίαν Macedonii vadit aut cum eo communicat, maiestati meae extraneus est'. Et, cum ante eum starent, contra μάγιστρον dixit: 'Opes et honor quos Deus

*p. 45. nobis dedit haud suffecerunt, nisi ut * in re quae ad vitam

[1] MICH. add. 'per Vitalem (Vitalianum?) sororis suae (Macedonii) filium'. Additiones ap. MICH. in hoc cap. inventae de IOH. EPH. fortasse sumptae sunt, unde eas in textu non posui. — [2] ῥόγας. — [3] λίβελλον. — [4] MICH. add. 'cum rex silentium fecisset, quod nunquam factum erat'.

omnium hominum pertinet pretium acciperemus, et nostram ipsorum vitam etiam perderemus', et, postquam locutus est, contra μάγιστρον spectabat, qui multa mala fidelibus inflixerat, cuique Dominus noster secundum facta eius reddidit, quoniam
5 is mortuorum ac vivorum iudex est. Et hoc ipso die rex ad portas et λιμένας urbis Romanos[1] constituit, ne qui monachorum hic *habitantium* urbem ingrederentur. Et, die primo *mensis* ābh, Pascasius diaconus comprensus est et coram ὑπάρχου ingressus est, et omnia quae in domo episcopali[2] gesta sunt confessus est,
10 dicens : 'Macedonius seditionem etiam in regem excitare quaesivit'. Et, postero die, nestoriani comprensi sunt, et se libros πλαστοὺς huius haeresis habere confessi sunt. Et ὕπαρχος eos ad praetorium arcessivit, eosque regi ostendit, itemque συγκλήτῳ. Et, *die* 6° mensis, factum est ⌜silentium conventum[3]; et ortho-
15 doxi[4] et nestoriani qui sermonem pro Macedonio faciebant coram eis ingressi sunt. Et cum [ingressi essent][5] regem stantem invenerunt, quoniam a parte nostra episcopi ingressi erant. Et rex ipsius Macedonii clericis dixit : 'Cur venistis?' Et dicunt : 'Si maiestas vestra mandat, servus vester ad misericordiam vestram
20 veniet'. Et dicit : 'Ad eos vadat coram quibus impietatem suam proclamavit, quique ei oboedierunt. Habebat enim quondam librum quendam ornatum, et dicebat eum patrum esse, eosque duas naturas post incorporationem docuisse. Et dixi ei, Haud convenit tibi ut his *rebus* utaris. Vade *et* eum combure.' Et clericis
25 dixit : 'Quid sunt duae naturae et synodus Chalcedonis, quam Deus a fundamentis evertet? Vos Iudaei *estis* *anathematizati, in quibus nullum esse Deum timentem quem de eo quod in ecclesia eius gerebatur pigeat ego vobis adfirmo'. Et a conspectu eius exierunt, cum timore magno tenerentur et doloribus. Et
30 orthodoxi[4] eum magnopere laudaverunt. Et cum clerici ad Macedonium abiissent ei dixerunt : 'Dominus mundi coram συγκλήτῳ synodum Chalcedonis anathematizavit, et quicunque duas naturas dicit'. Et is dixit eis : 'Ego anathematizo quicunque non synodum recipit et duas naturas dicit'. Et archidiaconus[6]
35 eius clamavit : 'Absit nobis ergo ut partem et communionem

* p. 46.

[1] Sc. 'milites'. — [2] ἐπισκοπεῖον. — [3] σιλέντιον κομβέντον. — [4] ὀρθόδοξος. — [5] In ms. excidit. — [6] ἀρχιδιάκονος.

tecum in saeculum habeamus'. Et, *die* dominica qui mensis 7[us] *erat,* fideles accesserunt, et ecclesiam ingressi sunt et penitus completa est. Et postquam apostolus lectus est, universus populus clamare incepit: 'Qui Trinitatem imminuit, ecclesiam non ingredietur. Qui in Dei Filium blasphemavit huc non ingredietur. 5 Episcopum iudaeum nemo quaerit. Quo abiit Nestorius, illuc abeant etiam discipuli eius. Multos annos regi Constantino secundo, fidei conservatori. Evangelium ad thronum[1]'. Et ea hora clerici evangelium sumpserunt, et throno[1] imposuerunt. Et, cum vidisset clerus totam omnino ecclesiam clamare, ipsi quoque 10 clamaverunt et se ostenderunt, dum oraria[2] sua quatiunt, et dicunt: 'Rex victor ecclesiae nostrae vincit'. Et, cum siluissent, ὕπαρχος magnus eos προσφωνῆσαι fecit ita: 'Voluntatem vestram bonam et zelum pro veritate *ostensum* accepimus; et dominum mundi de orthodoxia[3] conservanda et de pace omnium ecclesia- 15 rum studium multum habere cognovistis. Et voces vestras pro *p. 47. fide *vera *editas* ad eius aures deferemus'. Et cum diaconus proclamasset nec nomen eius dixisset neque in diptycho lectum esset mysteria celebrata sunt. Et, cum Dominus noster eum exire voluerit, rex mandavit, et ἐξορία eius decreta est. Et ut 20 μάγιστρον humiliaret eum ad eum removendum misit. Et invenit eum cum ad ecclesiam fugisset capite inter genua posito sedentem; et dixit ei: 'Dominus mundi ἐξορίαν tuam decrevit'. Et dixit 'Quo?'. Et dixit: 'Quo abiit socius tuus[4]'. Oeconomi ei dicunt: 'Potentiam tuam obsecramus, miserere senectutis eius, neve die 25 exeat, ne urbs eum tundat ac lapidet, sed hora vesperis'. Et, cum iurassent se eum custodituros, ipse etiam insuper βοηθείαν apud eos reliquit. Et dixerunt ei: 'Mandavit rex ut librum illum synodi quem habes dedas'. Et dixit: 'Eum non dedam'. Et, postquam coactus est, mensae eum imposuit et clerici eum 30 ceperunt, et magistriano dederunt et ad regem eum attulit. Et, tempore vesperis *diei* 7[i] mensis, venit μάγιστρος et exercitus; eumque removit eisque qui ut eum deducerent constituti erant tradidit. Et omnibus orthodoxis[5] timor magnus factus est. Quae facta sunt, domine, vere sanctitati vestrae nota fecimus; et 35

[1] θρόνος. — [2] ὠράρια. — [3] ὀρθοδοξία. — [4] Sc. Euphemius (cf. 'DION'. apud KRÜGER-AHR., p. 346). Noster eum Nestorium esse credidit (propter l. 6), unde M. ad Oasim relegari facit (p. 27, l. 28). — [5] ὀρθόδοξοι.

rursus quod Dominus noster perficiet indicabimus. Precamini pro nobis, electi Dei ».

Regis vero defensio antea *edita* nobis significat Aksĕnāyā doctorem fidelem episcopum Mabbugh, qui acer erat et de
5 Macedonio didicerat eum haereticum esse, fidem veram regi scripsisse, eamque coram συγκλήτῳ lectam esse, ut diebus Zenonis etiam fecerat [1], et ostendisse eum contra hanc censuisse scholam Diodori et Theodori et Nestorium, qui pulsus esset quod fuisset eorum discipulus, et Theodoretum et Hibhā et Andream,
10 et Iohannem et Aethericum, *qui synodum Chalcedonis constituissent, et Tomum accepissent, et unionem Dei Verbi qui incorporatus esset in duas naturas ac proprietates earum scidissent quas de Christo docuissent postquam incorporatus esset, dum regem obsecrat « Anathematizari eos oportet ab eis qui de se
15 ipsis adserunt se orthodoxos [2] esse et maiestatis tuae fidei adsentiri ». Et, cum res a manibus Macedonii quaesita esset, qui coactus est, eos anathematizavit, cum postea memoriam eorum clam celebraret in monasterio Dalmati, ut supra scriptum est.

* p. 48.

CAPUT IX eiusdem libri VII, quod de Timotheo docet qui
20 Macedonio successit, et quomodo, diebus eiusdem Anastasii regis, 'Qui crucifixus est pro nobis' in urbe regia proclamatum sit.

Post Macedonium Timotheus factus est Constantinopoli episcopus ; et vir fuit fidelis, et facta eius nomini eius congruebant,
25 quoniam 'Deum honorans' appellatur [3]. Et diebus eius Marinus quidam apamenus vigilans fuit et sagax, et rebus versatus et sapiens et exercitatus. Hic vir ipse etiam fide constans fuit, et regis amicus ac familiaris, et chartularius et consiliarius eius. Et cum in vico ambularet aut alicubi sederet quidquid cogitabat
30 notariis [4] imperabat ut capitulatim adnotarent ; necnon noctibus καλαμάριον ad lectum eius pendebat, et lucerna *ad* pulvinum eius accensa cogitationes suas ipse in charta [5] *scribebat, et die regem instruebat eique ut exsequeretur suadebat. Ideoque, quod de χώρας Antiochiae fuit, quae e diebus Eustathii episcopi ipsa
35 prima 'Qui crucifixus est pro nobis' proclamare tota studuerat,

* p. 49.

[1] Ed. Budge (*The Discourses of Philoxenus*, Londinii, 1894). — [2] ὀρθόδοξοι. — [3] Sic syr. — [4] νοτάριος. — [5] χάρτης.

hac de causa ipse etiam Anastasium regem vehementer instigabat *ei*que suadebat. Et, cum haereticorum quidam viri propositum didicissent, in eum congregati ei dixerunt : « Plus quam hymnum sanctum angelorum quem Trinitati offerunt et dicunt : 'Sanctus sanctus sanctus Dominus potens cuius laudibus caelum et terra plena sunt', homines terrestres facere vis et impellis ». Et statim ipse Deus Verbum, qui pro nobis hominibus in carne crucifixus est, defensionem in ore eius paravit huiusmodi : « Angeli quidem hymnum confessionis suae Trinitati adoratae et connaturali bene faciunt, eumque pro eis crucifixum esse non proclamant ; et nos rursus eum pro nobis hominibus crucifixum esse hymno confessionis nostrae recte dicimus. E nobis enim incorporatus est, neque angelos induit[1] ». Itaque et hos tacere fecit, et regem erudiit ; et ut in χώρᾳ Antiochiae in urbe regia etiam 'Qui crucifixus est pro nobis' proclamari iussit. Et eo tempore signum fuit mirabile, quod prudentibus significabat Christum qui Hierosolymis in carne crucifixus est Deum esse, eclipsis[2] solis qui his diebus a sexta hora usque ad nonam obscuratus est.

*p. 50. ### *CAPUT X EIUSDEM LIBRI VII DE SYNODO INDICIUM PRAEBET QUAE SIDONE HABITA EST ANNO πέντε[3], QUI *EST* ANNUS 823 GRAECORUM ET ANTIOCHENORUM 560.

Aksěnāyā vir disertus et doctor syrus — et fide acer fuit, — episcopus Mabbugh, diebus Zenonis fidem scripsit ac misit, et Zenonem de fide eius sciscitatus est, et responsum accepit. Et hic Calandionem Antiochiae detexit et sede eius pulsit. Et de Flaviano etiam praedicabat[4] eum haereticum esse, et scripsit et ad regem Anastasium hortatores misit, orans ut synodus Sidone haberetur. Et mandavit et congregata est secundum calculum Antiochenorum *anno* 560. Et monachos fideles et acres Orientis instigavit, et Cosmam quendam disertum de monasterio Mār 'Aqibhā *urbis* Qennešrin, qui Antiochiae habitabat. Et δέησιν fecerunt, et Flaviano et concilio episcoporum qui cum eo Sidone *erant* obtulerunt, et capitibus septuaginta septem, et χρήσεσι multis doctorum sanctorum reprehensionem in synodum Chalcedonis et Tomum Leonis *factam* confirmantibus reprehensiones sapienter

[1] *Hebr.*, II, 16. — [2] ἔκλει(μ)ψις vel ἔκλη(μ)ψις. — [3] Vide p. 11, n. 1. — [4] Vel 'putabat'.

ac consequenter scripserunt et synodo dederunt, dum sacerdotes orant atque adiurant ut correctiones faciant et offensiones e viis ecclesiae tollant, eamque purgent synodo aperte anathematizata. Flavianus autem, qui summus sacerdos fuit, et sacerdotum
5 nonnulli qui cum eo *erant* rem tardaverunt, dicentes : « Sufficit nobis libros scholae Diodori anathematizare et reprehensiones quae in * duodecim Cyrilli κεφάλαια a quibusdam factae sunt * p. 51. et Nestorium, ne serpentem dormientem excitemus et felle eius multos corrumpamus ». Et sic synodus soluta est. Zelus vero
10 eiusdem Aksĕnāyā monachos iterum instigavit ; et ad Anastasium adscenderunt eumque de eis quae in synodo facta sunt docuerunt, et de Flaviano eum haereticum esse. Et, cum mandatum accepissent ut expelleretur et ad Orientem reversi essent, Antiochiam in eum congregati sunt et pars caesi sunt et pars interfecti. Verum-
15 tamen Flavianus sede sua pulsus est ; eique successit Severus, monachus quidam disertus *ac* probatus de monasterio Theodori ἀπὸ δικανικῶν Gazae, qui ἀποκρίσεις in urbe regia curabat, et Probo cognatisque eius notus et amicus erat. Hic ⸢primum ‘Philalethem’ scripsit et fecit etiam[1] solutionem septem quaestionum diphysita-
20 rum, et parate cum haereticis disputabat ; et regi per Probum cognitus est, et summus sacerdos Antiochiae constitutus est. Et postea cum Aksĕnāyā et sacerdotibus dicionis eius, et Phoenices Libani et Arabiae, et Euphratesiae et Mesopotamiae synodum Tyri fecit, et Zenonis Henoticon interpretatus est ostendens id in concilii
25 Chalcedonis abolitionem factum esse. Et episcopi qui Tyri congregati sunt synodum Chalcedonis et Tomum ibi aperte anathematizaverunt ; et Iohanni Alexandriae scripserunt, et Timotheo urbis regiae ; et responsum ab eis acceperunt, et ab Elia Hierosolymorum, qui postremo expulsus est et factus est *ibi* Iohannes. Et, quoniam
30 * Sergius[2] eius urbis[3] grammaticus librum reprehensionis eius- * p. 52. dem synodi post paulum fecit, et monachis palaestinensibus qui opinionem eius participabant dedit, cum hic sanctus Severus hoc didicisset, dissolutionem eius sermone fuso conscripsit, et χρήσεσι

[1] MICH. ‘doctrinam scripsit totam vita plenam et fecit scriptum ‘Phil.’. — [2] MICH. ‘Iohannes’. Id rectum est, sed, cum Mich. de IOH. EPH. correxisse possit, non emendo. Vide LEBON, *Le Monophysisme Sévérien*, p. 152, n. 2. — [3] Tyri (?) vel Hierosolymorum (?). Ioh. erat revera Caesariensis. Fortasse vertendum ‘S. qui ibi *erat*’.

doctorum verorum ecclesiae et argumentis ex eis *extractis* tribus voluminibus 'In Grammaticum' doctrinam suam confirmavit. Cetera vero opuscula doctoris huius Severi et commentaria eius et catechesis[1] eius, et opus in Iulianum phantasiastam[2], et epistula eius dogmatica[3] mirabilis lucrum magnum atque eruditionem doctrinae amantibus efficiunt. 5

CAPUT XI EIUSDEM λόγου VII DE δέησεως INDICAT QUAE A MONACHIS ORIENTALIBUS ET COSMA QENNEŠRIN FACTA EST, ET CONCILIO OBLATA QUOD DIEBUS FLAVIANI ET AKSĔNĀYĀ EPISCOPORUM *HABITUM EST*, QUI ANNO 560 SECUNDUM CALCULUM ANTIOCHENORUM 10 SIDONEM ADVENERUNT.

« Ante omnem rem Christo qui est Deus super omnia[4] gratias agimus, et regi nostro misericordi et Christum amanti etiam gratulamur, qui vos omnes ad zelum religionis suscitavit, et hoc sanctum vestrum concilium ad unum locum convocavit, in nomine 15 unius solius Christi Filii Dei, ut in eo omnes in unam fidem congregetis quam sanctae Scripturae tradiderunt et patres semper custodierunt, cum in una sententia starent, et in uno opere bono inter se concordarent et consentirent, et omnes doctrinam divinam per Spiritum sanctum qui in eis locutus est docerent. 20 Dominus enim noster vos dignos esse aestimavit, et his temporibus *p. 53. propter unionem ecclesiarum suarum *sanctarum vos elegit, non ut fidem eis innovetis, quoniam ad Scripturas sanctas confirmandas sufficit ea quae a patribus sanctis CCCXVIII qui Nicaeam congregati sunt scripto definita est, sed ut eam quae semper est 25 retineatis, quam abolere multi audacter voluerunt, locuti non de ore Domini, ut dixit propheta, sed de suo ipsorum ventre[5], et eos qui simplicitate cordis sui patrum sanctorum traditionem custodiebant et alius cum alio in fide recta concordabant dolis suis malis alium ab alio sciderunt. Christus enim est, o sancti, 30 qui ab eis dividitur. Ideoque, quamdiu is iniuriam patitur, ecclesia ad unum consensum nunquam venire poterit, eo quod inventionibus verborum diversorum ab eis scinditur. Scriptum est enim, 'Omne regnum quod in se dividetur non stabit'[6]; et rursus 'Si alius alium mordetis et comeditis, videte ne invicem 35

[1] κατήχησις. — [2] Vide IX, IX-XIII. — [3] δογματική. — [4] *Rom.*, IX, 5. — [5] IER., XXIII, 16. — [6] MARC., III, 24.

consumamini ' [1]. Quoniam igitur unum corpus in Christo sumus et membra e membris eius, secundum verbum apostoli divini [2], cum fiducia ut pastoribus sanctitati vestrae adpropinquamus obsecrantes ut universo orbi terrarum fidem rectam sine macula custodiatis ad instar columbae pulcrae quae in Cantico Canticorum commemoratur [3], eamque a cunctis haeresibus separetis, quae religionis πρόσωπον tenent, eamque ad instar reginarum et pellicum et ancillarum cingunt, et cum ea communicare student et unum fieri, et per eam *ut verae recipi. Cum vero hoc facietis, (* p. 54.) mercedem accipietis, et Dominum nostrum audietis dicentem : 'Qui me coram hominibus confitebitur, confitebor eum ego coram Patre meo qui in caelis *est* ' [4]. Separate igitur ut verborum divinorum oeconomi inter purum et pollutum, ut dixit [5] ; et *eos* qui cum puris tritici granis zizania commiscuerunt abicite, et doctrinam eorum malam. Dixit enim, 'Eicite noxium e congregatione, et victoria [6] cum eo exibit ' [7]. Ut vero id quod dicitur manifestum ac notum fiat, necesse est ut denuo incipiamus, et lucide ostendamus quemadmodum [8] patres sancti, dum in unam fidem rectam consentiunt, omnes in unam concordiam stringebant, haeretici autem verbis patrum sanctorum contentiones νόμου carentes miscuerunt, eisque discidii impietates commiscent, et sanctas ecclesias sciderunt ; quos propheta increpuit dicens : 'Caupones tui vino aquam miscent ' [9]. » Et cetera δεήσεως et χρήσεις de patribus multae et reprehensiones septuaginta septem quas in concilium Chalcedonis protulerunt.

CAPUT XII DE SYNODO INDICAT QUAE TYRI HABITA EST DIEBUS SEVERI ET AKSĒNĀYĀ DOCTORUM ET EPISCOPORUM QUI CUM EIS *ERANT* QUI CLARE ET APERTE SYNODUM ET TOMUM ANATHEMATIZAVERUNT.

Severus autem qui Antiochiae Flaviano successit vir fuit ⌜sapientia Graecorum notus ac clarus, et [10] disertus fuit et asceta et monachus probatus, necnon fide vera acer. * Et tum sanctis (* p. 55.) Scripturis tum interpretationibus earum a priscis auctoribus

[1] *Gal.*, v, 15. — [2] *Rom.*, xii, 5 ; I *Cor.*, xii, 27. — [3] *Cant.*, vi, 8. — [4] MATTH., x, 32. — [5] *Lev.*, xx, 25. — [6] LXX νεῖκος, quod syrus male intellexit (Chabot ad MICH., II, 165). — [7] *Prov.*, xxii, 10. — [8] Requiritur potius 'quomodo' (interr.). — [9] Is., i, 22. — [10] Ms. 'a lectione sapientiae Gr.' e MICH. correxi.

factis apostolorum discipulis, Hierotheo et Dionysio et Tito itemque Timotheo et qui post eos *erant* Ignatio et Clemente, [et Dionysio alio et alio Clemente,][1] et Irenaeo, et schola Gregorii et Basilii et Athanasii et Iulii[2] [et Cyrilli][1] et ceteris summis sacerdotibus et veris sanctae ecclesiae doctoribus versatus erat 5 eosque cum intellegentia legerat; et, ut scriba ad regnum caelorum institutus, qui de thesauris suis prisca et nova promit[3], ita historiis quoque multis eruditus erat [et doctrinis sanis quae apud eas collectae erant][1], et in mente eius insitae erant ut lucide conspicerentur. Necnon hic Aksĕnāyā vir fuit doctor syrus, 10 et eis quae in hac lingua exstant ipse etiam studiose eruditus erat. Praeter haec et in doctrina etiam scholae Diodori et Theodori, et ceterorum aliorum versatus erat. Verumtamen, ut ipsa facta prudentibus ostenderunt, hic vir senex et acer revera fidelis fuit. Hi Anastasium regem qui tota mente concilium Chalcedonis 15 expresse respuebat certiorem fecerunt, et in correctionem eorum quae requirebantur synodum Orientalium Tyri congregari iussit; et congregata est episcoporum χώρας Antiochiae et Apameae, et Euphratesiae et Osrhoenes, et Mesopotamiae et Arabiae, et Phoenices Libani. Et [Severus][4], dum fidei veritatem oriri facit, 20 *p. 56. scriptum ipsius *Henotici Zenonis in abolitionem eorum quae Chalcedone gesta sunt factum esse interpretatus est, et additamentum in fide factum ibi aperte anathematizavit. Et episcopi qui cum Severo et Aksĕnāyā congregati sunt, viris fidelibus et doctoribus qui episcopis studiose praeerant, omnem veritatem 25 proclamaverunt, et epistulas adsensionis tum ad Iohannem Alexandriae tum ad Timotheum urbis regiae scripserunt; et Elias etiam Hierosolymorum illo tempore epistulis adsensus est, quamquam et post paulum expulsus est et Iohannes ei successit. Et sic praeter sedem Romanorum hoc consensu rursus fidei concordes 30 erant sacerdotes. Alimericus[5] enim Anticaesar ibi factus erat, et in tractu occidentali ab Anastasio defecerat, et ipse regnum Romae tenebat; et vir fuit bellicosus, et populum Italiae suis diebus a barbaris[6] et Gothis multum adiuvit et servavit, et Romam urbem suam multum stabilivit et aedificavit et *ei* 35 προνόμια dedit. Verumtamen diphysita fuit ab haeresi Arii

[1] In ms. excidit; e Mich. addidi. — [2] Mich. ‘Iohannis’. — [3] Matth., XIII, 52. — [4] In ms. excidit. — [5] Sc. Θευδέριχος ὁ Βαλαμήρου. — [6] βάρβαρος.

conversus. Itaque nec Symmachus quidem neque Hormisda eius successor, summi sacerdotes Romae *constituti*, eis qui in Oriente *erant* adsentiebatur. Et studiosi de his rebus ex epistula quam Aksĕnāyā post eiectionem suam scripsit discere possunt.

5 CAPUT XIII EIUSDEM LIBRI DE ARIADNE REGINA EAM MORTUAM ESSE NOTITIAM PRAEBET, ET *VITALIANUM TYRANNUM APPARUISSE, QUI HYPATIUM BELLO CEPERIT. *p. 57.

Ariadne regina Zenonis uxor post mortem mariti huic Anastasio coniuncta est, et ea eum regem fecit. Et annos complures 10 usque ad quadraginta regnum egit, statu duorum coniugiorum ; et anno 824 Graecorum mortua est. Et mansit maritus eius dum veritatem sanctitate custodit, eo quod annis provectus erat, et quod rebus imperii sui operam dabat. Et cura atque anxietate opprimebatur, quod Vitalianus quidam gothus vir στρατηγὸς et 15 bellicosus et animosus erat et audax et bello sollers. Huic feri multi sese coniunxerunt, eisque manu larga aurum dabat, et de eo etiam quod ex imperio Anastasii praedabantur lucrum faciebant. Et, cum diu regi conciliatus esset, fidem fefellit Vitalianus, et deficiebat et imperium Romanorum infestabat, et regiam 20 maiestatem vexavit et contempsit ; et usque ad suburbana Constantinopolis libere accedebat, nec timebat. Et aliquando, ubi copiae in eum ab Anastasio missae sunt, quibus praeerat Hypatius, trucidati sunt ab eo et Hypatius captus est, eumque contumelia valde adfecit. Et, eum contemnens, in hara (?) porco- 25 rum eum inclusit, et aliquando eum proponebat, dum eum magna ignominia per exercitum circumducit ; quoniam Hypatius huius Vitaliani uxorem quondam ceperat et contumelia adfecerat, et hic dolor hunc in eum commovebat. *Impetu enim adulescen- *p. 58. tiae suae hic Hypatius carnalis erat, et mulierum libidine 30 lascivus. Tandem vero auro multo quod pro eo missum est redemptus est, et a Vitaliani captivitate reversus est. Et disciplina sapientia *est*.

CAPUT XIV EIUSDEM LIBRI VII DE TIMOTHEO INDICAT EUM MORTUUM ESSE, ET IOHANNEM EI SUCCESSISSE, ET POPULUM QUI 35 HIEROSOLYMA AD ENCAENIA VENISSENT A DAEMONIBUS OBSESSOS ESSE QUI IN CRUCEM ENCAENIIS LATRAVERINT.

Timotheus cum sex septem*ve* annos vixisset ἑνδεκάτῳ mortuus

est, et Iohannes ei successit. Et ipso anno quo moritur Anastasius rex Aegyptios quosdam et Alexandrinos et *qui* de trans Iordanem *erant*, Idumaeos[1] et Arabes, qui ad festum encaeniorum venerant, quo Crucis constructio Hierosolymis fit *die* 14° eilul, multos obsederunt daemones et in crucem latrabant, et deinde silebant et exibant. Et hoc prudentibus curam fecit et aerumnam ; verumtamen causam haud accurate perceperunt, donec ipsa res accidit et contentionem quae in fide facta est portendit et offensionem post tempus, quam Deus antea indicavit, ut nos tentationem intellegeremus et ea probaremur, et, cum eam toleraremus et in fide perduraremus, gaudium haberemus ut dixit Iacobus apostolus : « Omne gaudium habete, fratres mei, cum in tentationes varias et multas intrabitis. Scitis enim fidei probationem patientiam vobis parare. Patientia autem opus completum habeat, ut sitis perfecti et integri, et in nulla re deficientes ». [2]

[*p. 59.] * Anastasius vero *die* 9° tāmmuz mortuus est, et ei successit Iustinus, qui in exercitu[3] cum στρατηγοῖς descendit, quando Qawadh rex Persarum Amidam venit. Et vir senex fuit facie pulcer canis capillis, et illiteratus fuit ; et de fide sententiam filiorum Romae participabat, quoniam ex ea dicione fuit, e castris[4] quae vocantur Mauriana (?)[5], quorum aqua mala est, et decocta in sanguinem convertitur.

Est in hoc libro χρόνος annorum viginti septem, vita Anastasii, et menses tres ac dimidium.

CAPUT XV EIUSDEM LIBRI VII DOCET QUI FUERINT SUMMI SACERDOTES DIEBUS ANASTASII REGIS.

Summi sacerdotes vero qui diebus Anastasii *fuerunt* hi sunt. Diphysitarum. Romae Felix ; et post eum Symmachus ; et Hormisda qui nunc est.

Alexandriae, fideles, Athanasius ; et post eum Iohannes ; necnon et Iohannes alius ; et Dioscorus qui nunc sedet.

Antiochiae, Flavianus qui expulsus est, et Severus fidelis.

Constantinopoli, Euphemius ; et Macedonius qui expulsus est ; et Timotheus fidelis ; et post eum Iohannes qui principio regni

[1] Cf. MARC., III, 8. — [2] IAC., I, 2-4. — [3] ἐξέρχετον. — [4] κάστρα. — [5] IOH. MAL., p. 410, Βεδεριάνη ; MICH. ܒܕܪܝܢܘܣ (Bederianus).

Iustini synodum accepit, et statim mortuus est, eique successit Epiphanius.

Hierosolymorum Sullistius[1]; et post eum Elias qui expulsus est; et Iohannes qui diebus Iustini synodum accepit; et post 5 eum Petrus.

* Liber VIII in capitibus infra *datis* docet, I[1] de regno Iustini, *p. 60. et de Amantio praeposito[2], qui in palatio[3] occisus est, et de Theocrito domestico eius et Andrea cubiculario; in II de Vitaliano tyranno[4] indicat, qui in palatio[3] occisus est, ipse et Paulus 10 notarius[5] eius et Celer domesticus eius; in capite III indicium praebet de martyribus qui Naghrin in urbe regia terrae Ḥimyarāye occisi sunt a tyranno[4] illo iudaeo; in capite IV de aqua nuntiat quae Edessam intravit, et fluxionem aquae Siloe Hierosolymorum interclusam esse, et Antiochiam ⌜eversam [et] templum 15 Salomonis in urbe Bĕ'elbakh [arsisse][6]; in capite V de tractatibus[7] scire facit qui in limine habiti sunt, et de Māndir rege Ṭayāye[8], qui terram Romanorum invasit, et de episcopis qui relegati sunt. Caput VI, qui fuerint summi sacerdotes diebus huius regis Iustini. Caput VII, de prologo[9] Māre[10] episcopi.

20 LIBER VIII.

CAPUT I EIUSDEM LIBRI, DE REGNO IUSTINI.

Anno 829 secundum *calculum* Graecorum, *die* 10° tāmmuz, ἐκδεκάτου iam exeunte, mortuo Anastasio Iustinus post eum regnavit. Et vir fuit senex facie pulcer *canis capillis, curopalata, *p. 61. 25 et illiteratus fuit. Hunc quemadmodum Castro Mauriana (?)[11] Illyrici Constantinopolim intravit Marinus apamenus vir sapiens chartularius in δημοσίῳ[12] depinxit cum omni historia eius in *urbem* Constantinopolim introitus, et quomodo de gradu in gradum promotus esset donec rex factus esset. Et, cum hac de 30 causa hic Marinus culparetur et κινδύνῳ propinquus esset, astutia sua confisus, parate responsum dedit: « Haec in considerationem perspicacium et in cognitionem prudentium picturis feci ne

[1] Sic. — [2] πραιπόσιτος. — [3] παλάτιον. — [4] τύραννος. — [5] νοτάριος. — [6] Ms. 'in templum S. .... conversam'. Uncis inclusa desunt. Vide cap. IV, tit. — [7] τρακτᾶτα. — [8] Vide p. 24, n. 5. — [9] πρόλογος. — [10] Ita nomen saepius punctuatur. Vide *P. Or.*, XVII, 194, n. 3. — [11] Cf. p. 40, n. 5. — [12] Sc. 'balneo'.

primores et divites et genere nobiles potentia sua et divitiis et nobilitate generis honorati confidant, sed Deo qui de sterquilinio erigit pauperem, eumque populo principem sedere facit [1], et 'in regno hominum dominatur, ut cui volet id det' [2], et humillimum hominum super id statuat, et qui genere in mundo ignobiles 5 sunt, et repudiatos et qui non sunt eligit ut eos qui sunt destruat [3] ». Et acceptus est et κίνδυνον effugit. Amantius vero praepositus [4] Theocritum domesticum suum fovebat et diligebat, ipse et Andreas cubicularius socius eius; et post Anastasii mortem huic seni curopalatae Iustino aurum multum dat, ut 10 scholariis et ceteris militibus ῥογεῦσαι faciat, ut Theocritum regem constituant. Is autem dum aurum dat his gratus effectus est eumque regem constituerunt ob id nimirum quod Dominus voluit [5]. Et, quoniam sententiam filiorum Romae participavit, synodum et Tomum Leonis proclamari imperiose iussit. Et hic 15 *p. 62. Amantius obstabat dicens: « Chirographum *trium patriarcharum et episcoporum complurium dicionis vestrae nondum aruit, qui scripserunt et synodum anathematizaverunt ». Et propterea quod παῤῥησίᾳ usus est hic Amantius praepositus [4] statim occisus est et Theocritus domesticus eius et Andreas cubicularius. Post 20 annum vero mortuus est Iohannes urbis episcopus, et Epiphanius ei successit. Et quoniam Severus Antiochia recessit ob regis minas qui linguam eius exsecari iussit, Paulus ei successit qui vocabatur Iudaeus [6]; et, quod Nestorii memoriam celebravit, expulsus est, et Euphrasius ei successit qui in cortina quae cera fragrante 25 fervebat Antiochiae eversione combustus est.

CAPUT II EIUSDEM LIBRI VIII DE VITALIANO TYRANNO [7] INDICAT, QUOMODO IN PALATIO [8] OCCISUS SIT, IPSE ET PAULUS NOTARIUS [9] EIUS ET CELER DOMESTICUS EIUS.

Vitalianus tyrannus [7] στρατηγὸς fuit diebus Anastasii, et vir 30 gothus et bellicosus indole animosus, [et] [10] barbari eum sequebantur. Hunc dictum est in Anastasium seditionem facere voluisse, et iuramentum ab eo postulavit neque id conservavit, sed et defecit, et populos barbaros sibi coniunxit, et Anastasii imperium

[1] *Ps.* CXIII, 7, 8. — [2] DAN., IV, 25. — [3] I *Cor.*, I, 28. — [4] πραιπόσιτος. — [5] Cf. IOH. MAL., p. 410, 411. — [6] Ms. 'Iudas'; sed vide p. 57, l. 13. — [7] τύραννος. — [8] παλάτιον. — [9] νοτάριος. — [10] In ms. excidit.

adortus est, et urbes et pagos earum expugnavit, et usque ad urbem regiam pervenit, eamque obsedit [1] et regem valde irritavit. Et curam ei exhibuit, quoniam Hypatium qui contra eum exierat cepit et exercitum eius trucidavit, eumque secum circum-
5 ducebat contumelia adfectum, et contemptum et ignominiae propositum ; et auro multo quod pro eo accepit eum reddidit. Et mortuo Anastasio scriptum est ei ab hoc sene *Iustino, dum * p. 63.
eum hortatur et placat ne rursus inique agat et deficiat eius diebus ut solebat. Et tunc populi etiam diversi et Gothi eum
10 sequebantur, [et] [2] confidenter venit, et rex ad martyrium Euphemiae Chalcedonis exiit, et alter alteri iuraverunt et urbem intraverunt. Et στρατηγῶν magnorum unus factus est, et libere palatium [3] intrabat et exibat [4], et res administrabat. Et Flaviani Antiochiae qui expulsus est compater fuit, et in sanctum Severum,
15 qui Flaviano successit, iram multam habebat ; nec diebus Anastasii ei nocere potuit ; verumtamen, principio regni huius senis Iustini, mandatum est ut, ubicunque caperetur, lingua eius amputaretur, consilio ut ferunt Vitaliani. Accidit vero *ut* post *aliquot* dies, cum Vitalianus in ipsa urbe regia se lavaret, a rege
20 ad epulam venire iussus sit, ipse et Iustinianus στρατηγὸς collega eius. Et a balneis veniebat, ipse et Paulus notarius [5] eius, et Celer domesticus eius, et viris qui eum transfoderent paratis, cum a domo in domum intraret, occisus est ipse et notarius [5] eius et domesticus eius. Et Deus malum ei reddidit quod diebus
25 Anastasii fecit, et periurium eius ; et exercitus eius nihil damni fecit.

CAPUT III EIUSDEM LIBRI DE MARTYRIBUS INDICAT QUI NAGHRIN URBE REGIA TERRAE ḤIMYARĀYE OCCISI SUNT ANNO 835 GRAECORUM, ANNO 6° REGNI IUSTINI, UT SCRIPSIT SIMEON EPISCOPUS ET APOCRI-
30 SIARIUS FIDELIUM A TERRA * PERSARUM SIMEONI ARCHIMANDRITAE * p. 64.
GABBULĀ ITA [6] :

Dilectionem vestram certiorem facimus nos *die* 20° kānun posterioris huius anni 835 Graecorum Ḥirthā dē Nā'mān exiisse cum

[1] Vide p. 23, n. 1. — [2] In ms. excidit. — [3] παλάτιον. — [4] Sic syr. — [5] νοτάριος. — [6] Haec ep. de 'Dion.', qui Ioh. Eph. exscripsit, ab Assemani (*B. O.*, I, 164) edita est, et textus longior de Add. 14650, f. 155 v°, et cod. quodam Musei Borgiani a Guidi (*Atti dell. Acc. d. Lincei*, ser. 3ª, VII, 471) vulgatus est.

Abraham presbytero Bar Euphras, qui ad Māndir a Iustino rege pacis faciendae causa missus est, de quo etiam in epistula nostra priore scripsimus; et hic omnes fideles gratias ei agimus quod partem nostram adiuvat; et ipse priora quae scripsimus bene novit, et quae nunc scribimus. In deserto enim ad meridiem et 5 orientem iter fecimus decem dierum, et ad Māndir pervenimus e regione montium qui vocantur 'exercituum' [1], et lingua ṭayāyā [2] damlah [3], et castra Māndir intrantibus Ṭayāye pagani et Ma'dāye nobis occurrebant, et nobis dicebant: « Quid facere potestis? quod Christus vester iam a Romanis et Persis et Ḥimyarāye 10 expulsus est ». Et, cum a Ṭayāye exprobraremur, adflictati sumus; et cum adflictione tristitia etiam nos attigit, quoniam nobis ipsis praesentibus legatus venit qui a rege Ḥimyarāye ad Māndir missus est, et epistulam iactationis plenam ei dedit, in qua ita ad eum

*p. 65. scripsit. * « Rex quem Aethiopes in regione nostra statuerunt 15 mortuus est, et tempus hiemis supervenerat, neque in regionem nostram exire et, ut solent, regem christianum facere potuerunt. Ergo ego super totam regionem Ḥimyarāye rex factus sum; et consilium inii ut primo omnes christianos qui Christum confiterentur interimerem, nisi Iudaei ut nos fierent. Et ducentos et 20 octoginta viros sacerdotes qui adfuerunt occidi, et cum eis Aethiopes qui ecclesiam custodiebant, et ecclesiam eorum synagogam nostram feci. Et deinde cum centum et viginti milibus virorum Naghrin urbem regiam eorum profectus sum, et, cum eam *aliquot* dies obsedissem neque eam expugnassem, iuramento 25 eis promisi et principes eorum ad me exierunt. Fidem vero erga christianos inimicos meos non conservare decrevi; eosque adprehendi et ut aurum suum et argentum et bona adferrent ab eis flagitavi; et ad me attulerunt, et cepi. Et Paulum episcopum eorum quaesivi; et, quod mihi dixerunt eum mortuum esse, eis 30 non credidi, donec sepulcrum eius mihi ostenderunt; et ossa eius erui et ea combussi, et ecclesiam eorum et sacerdotes et quicunque in eam confugisse repertus est; et ceteros coegi ut Christum et crucem abnegarent et Iudaei fierent, et noluerunt, sed eum Deum esse et Filium Benedicti confitentur, et pro eo mori sibi 35

[1] Requiritur 'arenae', ut in V corr. est. — [2] Vide p. 24, n. 5. — [3] Requiritur 'ramlah' (arena), ut in V. marg. alia manu corr. est.

elegerunt. Et princeps eorum multa contra nos dixit et contumelia nos adfecit; et cunctos primores eorum occidi iussi. Et uxores eorum adduximus, eisque imperavimus ut maritorum suorum pro Christo caede visa abnegarent, et filiis suis *ac filiabus parcerent. Et eas coegimus, et noluerunt, sed filiae foederis [1] ipsae primae occidi conitebantur, et mulieres primorum ira in eas accendebantur et dicebant: 'Nos oportet post maritos nostros occidi'. Et mandato nostro occisae sunt omnes, praeter Rĕhumi [2] uxorem regis illius qui ibi futurus erat, quam mori non sivimus, sed ab ea flagitabamus ut Christum abnegaret et viveret, dum filiabus suis parcit et omnia quae habet retinet eo quod Iudaea fit. Et eam abire ac consulere iussimus, custodibus ex exercitu nostro eam sequentibus. Et exiit dum per vicos et plateas urbis circumit et caput nudat, mulier cuius personam e quo adoleverat nemo in vico viderat; et clamabat, et dicebat: 'Mulieres naghriyāthā sodales meae christianae, et ceterae Iudaeae et paganae, audite. Genus [3] meum et prosapiam meam et cuius filia christiana sim scitis, et me aurum habere et argentum et servos et ancillas et praedia multa et reditus. Et nunc, marito meo pro Christo occiso, si nubere volo quadraginta milia denariorum habeo, et ornamenta aurea, et argentum multum, et margaritas et vestes formosas ac splendidas, praeter gazam mariti mei. Et haec a me non falso dicta esse a vobis ipsis scitis, et mulieri dies gaudii ut dies nuptiarum eius non esse; ex illo enim tempore et dehinc aerumnae sunt et gemitus partu liberorum, cum eis orbatur, et cum eos sepelit. Ego autem *ex hoc die et dehinc omnibus *his rebus* vacua sum. Et die nuptiarum mearum priorum gaudio adfecta sum; et nunc laetitia animi mei quinque filias meas virgines Christo iam ornavi. Adspicite me, sodales meae, quod iam bis [πρόσωπον meum] [4] vidistis, nuptiis meis prioribus et his secundis; quod vultu coram vobis omnibus aperto ad coniugem meum priorem intravi, et nunc vultu aperto ad Christum Dominum ac Deum meum et filiarum mearum abeo, sicut ipse dilectione sua inclinatus est et ad nos venit et pro nobis passus est. Imitamini me et filias meas, et considerate me

*p. 66. *p. 67.

[1] 'Fil. foederis' hic moniales sunt, ut de Guidi (ܕܝܪ̈ܝܬܐ) patet. — [2] Nomen corruptum. Guidi (p. 493, n. 3) 'Daumā'. — [3] γένος. — [4] In ms. excidit; e Mich. et Guidi addidi.

vobis pulcritudine haud inferiorem esse ; et en ! ea splendens ad Christum Dominum meum abeo, cum Iudaeorum abnegatione non corrupta est, ut pulcritudo mea coram Domino meo testis sit se abnegationis peccato me decipere non potuisse. Et aurum meum et argentum et omnia quae habeo ⌜non ut Deum meum 5 amavi[1]. Et permisit mihi hic rex contumax ut abnegarem et viverem. Absit mihi, sodales, absit mihi ut Christum Deum in quem credidi abnegem ; et ego filiaeque meae in nomine Trinitatis baptizata sum[2], et crucem eius adoro ; et pro eo cum gaudio morior ego et filiae meae, sicut is in carne pro nobis passus est. 10 En ! quodcunque oculis et corpori in terra optandum est et transit relinquo, ut abeam *et* a Domino meo id quod non transit capiam. Beatae estis, sodales meae, si verba mea audietis et veritatem scietis et Christum amabitis pro quo ego et filiae meae * p. 68. morior[2]. In reliquum *populus Dei pace atque incolumitate 15 fruetur. Sanguis horum fratrum meorum ac sororum qui propter Christum occisi sunt huic urbi murus erit, si apud Christum Dominum meum manebit. En ! vultu aperto hac urbe excedo, in qua ut in tabernaculo temporario fui, ut cum filiabus meis ad urbem aeternam abeam, quod ibi eas despondi. Precamini pro 20 me, sodales, ut Christus Dominus meus me accipiat, et mihi ignoscat quod iam triduum post maritum meum in vita remansi'. Et, cum vocem ululatus ab urbe audiremus, et advenissent qui missi erant, et interrogati qualia supra scripsimus nobis dixissent, Rĕhumi per urbem circumeuntem mulieribus sodalibus suis 25 confirmando locutam esse, et ululatum in urbe factum, et custodibus irati essemus ut eos perire faceremus nisi quod *quidam* nos deprecati essent quod eam haec agere siverunt, tum demum ut insana urbe excessit, capite aperto, cum filiabus, et venit et coram me sine pudore stetit, dum filias suas manibus suis 30 prehendit, quasi ad nuptias ornatas ; et fascias crinium suorum solvit, easque manibus plicavit, et cervicem extendit, et caput inclinavit, dum clamat, 'Christiana sum et filiae meae ; pro Christo morimur. Capita nostra praecide ut abeamus *et* fratres nostros ac sorores et patrem filiarum mearum reperiamus'. Ego 35 vero post tantam insaniam eam oravi ut Christum abnegaret, et

[1] Guidi 'in testimonium erunt mihi me ea non amasse', et ita (omisso 'in .... mihi') A. Hoc sensus requirit. — [2] Sic syr.

eum hominem esse modo diceret, et noluit. Filiarum autem eius una nos contumelia adfecit quia hoc diximus. Et, quod vidi fieri non posse ut Christum abnegaret, ceterorum christianorum terrendorum causa mandavi * eamque ad solum deicerunt, et filiae eius iugulatae sunt et sanguis earum in os eius defluxit, et postea caput eius praecisum est. Et per Adhonai iuro propter pulcritudinem eius et filiarum eius me valde adflictatum esse. Summis sacerdotibus autem et mihi visum est secundum νόμου vim liberos pro parentibus mori non oportere ; eosque, pueros et puellas, exercitui ad nutriendum distribui ; et, ubi adoleverint, si Iudaei fient vivent, et si Christum confitebuntur morientur. Haec maiestati tuae scripsi atque indicavi, et oro ne christianum in populo tuo relinquas, nisi abnegabit et a parte nostra stabit. Iudaeos vero etiam fratres meos qui in dicione tua sunt amice tracta, mi frater. Et nuntium mihi scribe pro hac *re* quid me tibi mittere velis ». Haec omnia ad eum scripta sunt cum illuc pervenissemus. Et exercitum suum congregavit, et epistula coram eo lecta est ; et legatus rettulit quomodo christiani occisi essent et terra Ḥimyarāye expulsi. Et Māndir christianis qui in exercitu eius *erant* dixit : « Iam audivistis quid accederit. Christum abnegate ; quoniam ceteris regibus qui christianos persecuti sunt haud melior sum ». Et vir quidam princeps ex exercitu eius christianus zelo motus est et regi animose dixit : « Non tuis annis christiani facti sumus ut Christum abnegemus ». Et Māndir iratus est, et dixit : « Tu coram me loqui audes ? » Et dixit : « Propter Dei timorem sine timore loquor, nec quisquam me prohibebit. Gladius enim meus haud brevior est quam aliorum, neque usque ad mortem certare metuam ». Et propter prosapiam eius et quod vir fuit magnus et insignis, et bello animosus * siluit Māndir. Et, ad Ḥirthā dĕ Nā'mān reversi prima septimana ieiunii, legatum christianum invenimus qui a rege Ḥimyarāye antequam moreretur missus est. Hic, cum de eis qui ab hoc tyranno iudaeo trucidati erant audisset, virum statim ex Ḥirthā dĕ Nā'mān conduxit, et ad *urbem* Naghrin misit, ut, cum quae ibi acciderant vidisset ac didicisset, relationem ei adferret. Et reversus ipse etiam coram nobis ipsi legato priori christiano quae supra scripta sunt narravit, et trecentos et quadraginta primores qui ad eum urbe exissent occisos esse, eumque eis iurasse et fidem eis fefellisse,

* p. 69. * p. 70.

et de Ḥarith bar Kanb[1] principe eorum marito Rĕhumi Iudaeum illum eum contumelia adfecisse eique dixisse : « Christo confisus es ut a me deficias ; sed parce senectuti tuae, eumque abnega. Sin autem, cum sodalibus tuis morieris » ; et eum respondisse, eique dixisse : « Revera de cunctis sodalibus ac fratribus meis adflictatus sum, quia me non audierunt, quod dixi eis te mentiri, et ne ad te exiremus et verbis tuis crederemus, sed *ut* tecum pugnaremus ; et Christo confidebam me te victurum fuisse, nec futurum fuisse ut urbs expugnaretur ; quoniam nihil in ea deest. Et tu non rex es, sed mendax ; et reges multos vidi qui veritatem tenent nec fidem fallunt. Et Christum Deum meum haud abnegabo, ut Iudaeus fiam tibi similis et periurus. Et nunc eum me amare cognovi, et diu in mundo vixi, et filios et filiorum filios habui, et filias habeo et genus[2] meum multum est ; et bellis Christi potentia clarui ; et persuasum habeo, sicut vitem quae putatur et multas fruges dat, ita populum nostrum christianorum in hac urbe multiplicatum et auctum iri, *et ecclesiam quae a te incensa est aedificatum iri, et dominaturam et regibus imperaturam, et christianitatem regnaturam, et iudaismum tuum exstinctum iri, et regnum tuum transiturum, et dominium tuum abolitum iri. Noli gloriari te quidquam fecisse et iactanter superbire ». Et, cum haec dixisset magnus Ḥarith bar Kanb senex venerandus, se retrorsum vertisse et sodalibus suis fidelibus qui circa eum *essent* magna voce dixisse : « Audivistis*ne*, fratres mei, id quod huic Iudaeo dixi ? » ; et dixisse eos : « Omnia quae dixisti, pater noster, audivimus » ; et eum iterum dixisse : « *Utrum* vera sunt annon ? » ; et eos clamasse, « Vera » ; et dixisse eum : « Si quis gladium timebit et Christum abnegabit, a caterva nostra separabitur » ; et eos clamasse, « Absit nobis ! Forti animo es, pater noster. Omnes tibi similes *sumus* et tecum pro Christo moriemur ; nec quisquam de nobis tibi supererit » ; et clamasse eum et dixisse : ⌜« Populi qui circa me estis christiani et pagani et Iudaei, audite[3]. Si quis e genere[2] meo et propinquis et e prosapia mea Christum abnegabit et huic Iudaeo concors fiet, cum eo communitatem non habeo, nec quidquam de *bonis* meis hereditabit, sed quidquid ad me pertinet expensis ecclesiae ut

* p. 71.

[1] Nomen corruptum. Guidi (p. 488, n. 3) ‘ Ka‘b ’. — [2] γένος. — [3] A ‘ populis qui circa eum essent (et paganos et Iudaeos audisse) ’.

aedificetur adtribuetur. Si quis autem meorum Christo non abnegato post me vivet, bona mea hereditabit. Tria vero praedia, quae ex οὐσίας mea ecclesia seliget, expensis quae in ea *erunt* adtribuentur » ; et, cum haec dixisset, ad regem se vertisse et
5 dixisse : « Te abnego, et quisquis Christum abnegat. En ! coram te stamus » ; et sodales eius confirmatos esse, et dixisse : « En ! Abraham princeps patrum te adspectat, et tecum nos. Quicunque Christum abnegabit, et vivus tibi supererit, *abnegamus » ; et *p. 72. iussisse eum ad torrentem qui vocatur wā<u>dh</u>iyā eos adducere,
10 et capita eorum praecidi, et cadavera eorum in eum inici ; et eos manus ad caelum protendisse, et dixisse : « Christe Deus noster, in auxilium nostrum veni, et in nobis vires da, et animas nostras accipe. Et sanguis servorum tuorum qui pro te effunditur tibi suavis sit, nosque conspectu tuo dignare, et nos coram Patre
15 tuo confitere, ut promisisti [1], et aedificetur ecclesia, et fiat episcopus vice Pauli servi tui cuius ossa combusserunt » ; et salutem alium alii dedisse, et senem Ḥarith eos signasse, et caput inclinasse, et gladium accepisse ; et sodales eius procurrisse et conisos esse, et sanguinem eius sibi illevisse, et omnes martyrizatos
20 esse. Et procurrisse infantem quendam trium annorum, cuius mater ut occideretur exiret et eum manu prehenderet, cum regem sedentem et vestitu regio vestitum vidisset, matrem reliquisse, et procurrisse [2] *et* regem in genibus osculatum esse ; et regem eum prehendisse eumque permulcere incepisse, et dixisse
25 ei : « Quid mavis, ire *et* cum matre tua mori, an apud me manere ? » ; dicere ei puerum : « *Per* Dominum nostrum, cum matre mori malo ; et propter hoc cum matre eo, quod dixit mihi, 'Veni, fili, eamus *et* pro Christo moriamur'. Sed permitte mihi ut ad matrem eam, ne moriatur eamque non videam,
30 quoniam dixit mihi mandasse regem Iudaeorum ut quicunque Christum non abnegabit moriatur, et ego eum non abnegabo » ; et dixisse ei : « Unde Christum cognovisti ? » ; dicere ei puerum : « Cottidie eum in ecclesia *cum matre mea video, ubi ad eccle- *p. 73. siam venio » ; et dicere ei : « *Utrum* me amas an matrem
35 tuam? » [3] ; et rursus dicere ei : « *Utrum* me amas an Christum ? » ; dicere ei : « Christum magis quam te » ; et dicere ei : « Cur venisti

[1] MATTH., X, 32. — [2] Sic textus. — [3] ASSEM. add. '*Per* Dom. nostrum, matrem meam' ; quod noster incuria omisisse videtur.

et genua mea osculatus es ? » ; dicere ei puerum : « Putavi te regem christianum esse, quem in ecclesia videbam, nec te Iudaeum esse sciebam » ; dicere ei : « Dabo tibi nuces et amygdala et ficos » ; et dixisse puerum : « *Per* Christum, Iudaeorum nuces non edam. Sed sine me ad matrem ire » ; et dixisse : « Apud me 5 mane, et mihi filius eris » ; et dicere puerum : « *Per* Christum, apud te non manebo ; quoniam odor tuus fetidus *est*, et taeter, nec suavis *est* ut matris meae » ; et regem adstantibus dixisse : « Videte hanc radicem malam quam a pueritia eius Christus decepit ut eum diligat » ; et primorum quendam puero dixisse : 10 « Mecum veni, et te deducam ut reginae filius sis » ; et dixisse puerum : « Caedatur vultus tuus. Mater mea quae me ad ecclesiam deducit mihi melior est quam regina » ; et, quod vidisset eos eum prehendere, regem in femore momordisse et dixisse : « Permitte mihi, Iudaee male, *ut* ad matrem meam eam et cum 15 ea moriar » ; et eum primorum cuidam eum dedisse et dixisse : « Cave ei donec adoleverit ; et si Christum abnegabit, vivet ; sin autem, morietur » ; et servo illius viri eum portante eum pedibus calcitrasse, et matrem suam vocasse : « Mater, veni, cape me ut tecum ad ecclesiam eam » ; et eam e regione eius clamantem 20 dixisse : « I, fili, Christo commissus es, noli flere. In ecclesia apud Christum opperire me donec veniam » ; et, cum hoc dixisset, eos caput eius praecidisse. * Et his litteris et nuntiis qui auditi *p. 74. sunt omnibus christianis qui hic *sunt* adflictio incidit. Et ut quae in terra Ḥimyarāye acciderunt sacris episcopis fidelibus 25 nota fiant, et martyribus illustribus memoriam faciant haec scripsimus. Et dilectionem vestram oramus ut archimandritis episcopisque statim nota fiant, et praesertim summo sacerdoti Alexandriae, ut ad regem Aethiopum scribat, ut statim adveniat et Ḥimyarāye succurrat. Adprehendantur autem et summi sacer- 30 dotes Iudaeorum qui Tiberiade *sunt* et ad hunc regem iudaeum qui apparuit mittere cogantur, ut ἀγῶνα et persecutionem a terra Ḥimyarāye sistat. — Et cetera quae *sunt* salutatio quae in epistula continetur summorum sacerdotum et episcoporum qui illo tempore *vivebant*, et archimandritarum fidelium. 35

CAPUT IV EIUSDEM λόγου VIII, DE AQUA INDICAT QUAE EDESSAM INTRAVIT, ET FLUXIONEM AQUAE SILOE HIEROSOLYMORUM INTERCLU-

SAM ESSE, ET ANTIOCHIAM EVERSAM, ET TEMPLUM SALOMONIS URBIS BE'ELBAKH ARSISSE.

Cum Asclepius ⌜Bar Malāḥe[1] frater Andreae et Demosthenis[2] ὑπάρχων Edessae *esset,* qui Paulo ibi successit, qui πρόσωπον orthodoxi ostendebat,[3] —— erat autem hic vir corpore ornatus ac nitidus; et, cum diebus Flaviani episcopus ante Asclepium Edessae factus esset, scriptum ei fecit se synodum non anathematizare, quoniam syncellus eius fuit; et hoc scriptum in manus sancti Severi venit, qui Flaviano successit; et cum * hic Paulus *p. 75. eum salutaturus adscendisset id ei dedit; et dilectione divina delictum eius condonavit, scilicet cum se fidelem esse professus esset, neque eum detexit hic vir sapiens qui perceptionem abscondebat ut scriptum est[4]. Et initio quidem huius regis diebus synodum accipere firme recusavit, Edessenis eum adiuvantibus, et damnum etiam et contumeliam eius causa diem de die patientibus. Verumtamen cum Euchaita relegatus esset concessit, et Edessam reversus est, et cum paululum commoratus esset pudore adfectus est, et mox mortuus est; et Asclepius ei successit. Et vir fuit nestorianus, factis vero aequus erat, et agricolas amabat, et erga eos humilis erat, nec munerum adpetens erat, [et][5] corpore pudicus fuit, et ecclesiae suae eis *rebus* quae videntur multum profuit, et debita eius solvit. Contra fideles autem sedulus ac vehemens erat, et multi ab eo expulsi sunt, et contumelia cum omnibus doloribus adfecti sunt, vel mortui sunt vi eis adhibita per Liberarium[6] gothum quendam rectorem durum, qui 'edens taurum' appellabatur. Et, rebus Edessae ita *se habentibus,* anno 836 Graecorum, τρίτῳ, *die* 22° nisān, Daiṣan fluvius qui urbem intrat et transit redundavit et effusus est, et duo latera muri subvertit, et multos mersit.⌝ Fuit enim hora cenae, et dum cibus eorum in ore eorum *est,* aqua eos oppressit, diluvies Daiṣan. Hic vero Asclepius se servavit et Liberarius. Fluxio autem aquae Siloe, quae Hierosolymis est in parte eorum meridiana, interclusa est annos quindecim; et templum Salomonis urbis Be'elbakh in tractu silvae Libani[7],

[1] Sc. 'fil. nautarum'. — [2] *Cod. Iust.*, I, II, 21, et passim. — [3] Clausula hic interrumpitur et aliter postea continuatur. — [4] *Prov.*, X, 14 (cf. SIR., XXXII, 17, syr.). — [5] In ms. excidit. — [6] PROC., *Bell.*, I, XII, 24, Λιβελάριος. — [7] Suppl. 'arsit'; vide tit. et p. 41, l. 15.

quod Salomonem condidisse et in quo eum arma collocasse memoriae prodit Scriptura [1]. Et a meridie eius sunt tria saxa mirabilia, *p. 76. *super quibus nihil aedificatum est, sed *quae* inter se coniuncta et adunata sunt, et aliud alii adhaerent, et omnia tria effigiebus agnoscuntur, et valde magna *sunt*; et quasi mysterium templo 5 adposita sunt cognitionis fidei [quae] [2] in Trinitate adoranda *est*, [et] [2] vocationis populorum in proclamatione nuntii evangelii. Fulgur de caelo descendit, pluvia lente descendente, [et] [2] templum percussit, et saxa eius incendio confregit, et columnas eius deiecit ac contudit idque subvertit. Saxa vero tria non tetigit, 10 sed stant integra. Et nunc oratorium Mariae Virginis sanctae Deiparae ibi aedificatum est. [3] Et anno sequente, τετάρτῳ, Antiochia eversione magna insolita eversa est, et hominum myriades infinitae ea mortui sunt. Tempus enim fuit aestatis, et, cum noderent et cibus eorum in ore eorum *esset*, tecta eorum in 15 eos subversa sunt sicut in filios Iob tentatione Satanae [4]. Et Euphrasius ibi summus sacerdos fuit, qui Paulo qui vocabatur Iudaeus [5] successit, et in cortinam cerae ferventem incidit, et mortuus est. Et ei successit Ephraim amidensis, qui illo tempore κόμης ἀνατολῆς erat. Et, regimine quod in diversis regionibus 20 gessit, hic vir fuit factis aequus, nec munerum adpetens erat, et sapiens fuit et felix [6]. Et annos *aliquot* doctrina diphysitarum aegrotaverat, ob libros quos mater eius Mq' a Bar Šālumā quodam tellāyā de schola Diodori et Theodori hereditavit. Et multos *p. 77. corrupit *et subiecit, hos astutia et humilitate, hos regis minis 25 qui eum diligebat et ei quod ad eum scribebat obtemperabat.

CAPUT V EIUSDEM LIBRI VIII DE TRACTATIBUS [7] INDICAT QUI IN LIMITE HABITI SUNT, ET DE MĀNDIR REGE ṬAYĀYE QUI IN AGRUM EMESENORUM ADSCENDIT ET APAMENORUM, ET CAPTIVITATEM MAGNAM ABDUXIT [ET] [2] SECUM DEPORTAVIT, ET DE EPISCOPIS FIDELIBUS 30 ORIENTALIBUS QUI RELEGATI SUNT ET ECCLESIIS SUIS RECESSERUNT.

Qawadh rex Persarum tributi exactionem postulationibus sedulo impetrabat, quinorum centenariorum auri quae propter ἀνάλωμα exercitus Persarum qui portas Hunnis oppositas custo-

[1] III *Reg.*, IX, 18, 19. — [2] In ms. excidit. — [3] MICH. add. 'Rex vero curam adhibebat'. — [4] *Iob.*, I, 18, 19. — [5] Ms. 'Judas'; sed vide p. 57, l. 13. — [6] MICH. 'disertus'. — [7] τρακτᾶτα.

diebant a rege Romanorum ei dabantur ; et ob hoc suos ipsius Ṭayāye [1] in terram Romanorum identidem mittebat, et damnum faciunt et captivos abducunt. [Quapropter Māndir ṭayāyā adscendit et de tota regione limitis [2], hoc est Baliḥā et Ḥabhurā, captivos abducebat.] [3] Romani etiam Arzun regionem eius, et agrum Nisibenorum invadebant et spoliabant. Propter haec tractatus [4] fuit et ambo reges miserunt, Iustinus Hypatium et senem Parzman, et Qawadh Astebhidh [5]. Et multa in finibus dicta sunt, quae ambobus regibus a primoribus eorum per veredarios nota fiebant ; nec quidquam ab eis pacifice confirmatum [6] est, et alter alterius inimici fuerunt. Et Māndir rex ṭayāyā ad agrum Emesenorum et Apamenorum, et χώραν Antiochiae semel et bis adscendit, et multos abduxit et * secum deportavit ; et quadringentas virgines, quae de coetu Thomae apostoli Emesae captivae subito factae sunt, uno die in cultum ‘Uzzay sacrificavit. Dādhā etiam religiosus vir senex, qui de coetu captivus factus est, et oculis vidit et mihi rettulit. Episcopi vero Orientis, et praesertim de dicione diserti Severi, ad regiones diversas alii expulsi sunt et alii recesserunt, et Alexandriam, in vestigiis summi sacerdotis Severi doctoris ambulantes. Et Aksĕnāyā Mabbugh Gangra in ἐξορίαν relegatus est ; et supra culinam ξενοδοχείου ibi *siti* inclusus erat, et fumo suffocabatur ut in epistula sua indicat, et tandem mortuus est.

* p. 78.

Et Antoninus Ḥālābh et Thomas Damasci et Thomas Darae et Iohannes Tellā et Thomas Imerin [7] et Petrus Riš‘ainā et Constantinus Laodiceae et Petrus Apameae et alii recesserunt, et ubicunque eis convenit latenter vivebant. Sedes vero Alexandriae haud commota est, et Timotheus Dioscoro successor factus est, nec recessit nec synodum accepit Iustini diebus ; et sacerdotes fideles profugos qui apud eum confugerunt amice recipiebat, et honorabat et confirmabat. Nunnā vero Seleuciae, qui ex Amida erat, ad urbem suam recessit, et ibi in mansione sua consedit, quoniam vir fuit filius divitum et ἡγεμὼν et oeconomus magnus ecclesiae in urbe sua fuerat diebus Iohannis episcopi [8] qui de

[1] Vide p. 24, n. 5. — [2] λίμιτον. — [3] Uncis inclusa in ms. desunt. E Mich. addidi. — [4] τραχτᾶτον. — [5] Ἀσπεβέδης (Proc., *Bell.*, I, xi, 5) = spahpat (tit. summi ducis militaris Persarum). Cf. ‘Ios. Styl.’, lix, et infra, IX, iv. — [6] Ms. ‘missum’. — [7] Himeria (Mansi, VII, 209). — [8] Vide p. 16, l. 21.

monasterio Qartamin erat viri iusti. Hic suis diebus Nunnā benedictionem dedit et dixit : « Spes mea in Domino meo *est* te in sede * mea episcopum moriturum ». Et res dilata est, eo quod, post captivitatem Amidae, Thomas misericors ibi episcopus factus est, qui Daram condidit. Hic, cum veredarii eum abrepturi venissent aut ut synodum acciperet aut ut eum extruderent, precibus suis in morbum incidit, et statim subito in sede sua mortuus est, cum veredarii in urbe *essent*. Et hoc multos mirari fecit. Ergo, ut benedictio Iohannis compleretur, Amidenses Nunnā rapuerunt, eumque ibi episcopum constituerunt et paucos menses vixit, et obiit. Et post eum rursus, tribus episcopis canonice praesentibus Nunnā Maipherqaṭ et Aretha (?) Ingilae, et Aarone Arsamosatae, qui adfuerunt, fecerunt Māre [1] Bar Qusṭanṭ ἡγεμόνα, qui ecclesiae oeconomus erat, virum ieiunatorem et factis iustum, verecundum et fidelem ; et lingua graeca disertus erat et versatus, cum in monasterio sancti Thomae apostoli Seleuciae educatus esset, quod fide acri recessit, et per Iohannem virum doctum archimandritam illius temporis ἀπὸ δικανικῶν Edessa *oriundum* filium Aphthoniae in *pago* Qennešrā iuxta fluvium Euphratem consedit et aedificatum est. Et hic Māre omni probitate et animae pulcritudine a Šĕmuni et Māruthā sororibus suis pudicis et verecundis et fidelibus a pueritia nutritus erat, et, cum paulum tempus in sede sua mansisset, Petram relegatus est et Petra Alexandriam ; et tempus *nonnullum* ibi fuit et bibliothecam librorum multorum mirabilium ibi fecit, in quibus doctrinae amantibus prudentibus *ac* diligentibus copia multa est et lucrum multum. Hi post viri mortem in thesaurum ecclesiae Amidae translati sunt, ob causam quandam quam * scribere praetermitto, ne, si rei veritatem sine mendacio referrem, dum alium vitupero aut alium laudo, molestiam exhibeam. Verumtamen vir Alexandriae legendo plus plusque profecit ; et ibi requievit. Et corpus eius per sorores eius quae ei adhaerebant et eum adiuverunt, eum in tribulatione confirmantes [2], ut scriptum est, translatum est, et in martyrio eius, in pago Beith Šurlā [3], depositum est. Et in

* p. 79. — * p. 80.

[1] Vide p. 41, n. 10. — [2] II *Cor.*, I, 4 (?). — [3] Sc. ' domus albuginis '. Ms. ' Beith Šurā ' = domus muri ; sed ap. Ioh. Eph., *De Beat. Orient.*, XIII (*P. Or.*, XVII, 197), ambo codd. Šurlā legunt, quod facile a scriba in Šurā corrigeretur. Auctor, utpote amidensis, nomen certe sciebat.

memoriam facundiae amoris doctrinae eius ultimo loco in hoc libro prologum exscribo qui ab eo lingua graeca compositus est *et* in Tetrevangelio eius scriptus. Sed et habitatores etiam fideles monasteriorum [1] in Oriente, a τρίτου usque ad ἔνατον, septimanam unam annorum, coenobiis suis e χώρας Antiochiae, et Euphratesia itemque Osrhoene et Mesopotamia expulsi recesserunt. Et coenobium Thomae Seleuciae per Iohannem disertum archimandritam filium Aphthoniae ad *pagum* Qennešrā iuxta Euphratem cum fraternitate pervenit et consedit. Et Cyrus archimandrita *monasterii* Syrorum Antiochiae *siti* expulsus est cum fraternitate monasterii Tel'edḫā, et *monasterii* Bzw [2] [et] [3] Romani, et Simeon [4] *monasterii* Lĕgḫinā [5], et Ignatius archimandrita *monasterii* 'Aqibḫā *urbis* Qennešrin, et monasterium Snwn [6], et Iohannes archimandrita Kap̮hrā dĕ Birtḫā [7], et monasterium Mār Bassi et Iohannes Orientalium, et *monachi* Qubbe [8], et monasterium M'gws et Sergius *monasterii* Pĕsilthā [9], et Thomas domus Naṣiḥ et Isaac domus 'Eb̮hedh Yešu', et coenobia 'Ara[bh] [10] Mesopotamiae, et Izlā et Beith * p. 81. Gaugḫal, et quinque coenobia metropolitana Amidae, [et] [1] Ḥananiā et Abraham qui 'demissus' vocabatur vir miraculorum actor, et Daniel visitator coenobiorum Edessae, et Elias domus Isḥāquni, et Smy [11] et Cosmas [12] *monasterii* Iohannis Urṭāye [13] et Maron Orientalium, et Salomon domus Mār Samuelis, et Cyrus *monasterii* Swg' [14], et monachi Espeqlis [15] et Tyry [16], Riš'ainā *urbi* vicini. Hac vero de causa quattuor *vel* quinque eremitarum conventus in deserto etiam consederunt, in *pago* Ramšā Māri vir verecundus et moribus venerandus et in *pago* Nĕṭāp̮hā Sergius, sincerus ac simplex, et post eum Antonius lenis ac mansuetus, et hic senex Elias hominum amans regione nostra *oriundus*, et Simeon *urbis* Qennešrin, et Sergius qui nunc Sdqte denuo aedificavit, et conventus iuxta Ḥrmš' *situs*,

[1] Ms. 'monachorum'. — [2] Ms. 'Brw'; e Mich. correxi. Est fortasse Byz' (Wright, *CBM*, 703, 704, 706-8). — [3] E Mich. addidi. — [4] Mich. 'Simeonis'. — [5] λαγήνα: cf. pt. I, p. 124, l. 3; et libr. X, indiculum. — [6] Cf. Assem., *B. O.*, II, 38. — [7] Sc. 'vici castelli'; cf. Wright, p. 471 et passim. Ms. 'K. Rabtḫā (vici magni)'; e Mich. correxi. — [8] Sc. 'fornicum'. — [9] Sc. 'latomiae'. — [10] Vide p. 14, n. 1. — [11] Ioh. Eph., *De Beat. Orient.*, lviii (Land, *Anecd. Syr.*, II, 285). — [12] *Ibid.*, 284. — [13] Vide p. 17, n. 2. — [14] Sc. 'populi nigrae'. Vocalia incerta sunt. — [15] σπέκουλα. — [16] Vide p. 26, l. 24.

monasterium Mār Iohannis Ḥaurā [1], et Simeon archimandrita *monasterii* Mār Isaac Gabbulā [2], quod haeresi Iuliani phantasiastae nunc languet, illo tempore pro fide acer fuit ipse et qui cum eo *erant*; et Beronicianus domus Mār Ḥaninā, vir miraculorum actor, adeo zelo commotus est ut ad urbem regiam 5 adscenderet, et ipsum regem personaliter commonet et corripit, quamquam etiam non receptus est — et testificatur epistula gratiarum actionis Aksĕnāyā, quam ad eum Gangris scripsit; — et monachi domus Mār Zakhai Callinici et Mār Abbā et domus RQWM. Et sic desertum pace fruebatur, et fidelium frequentia qui 10 in eo degebant abundabat, et aliis qui die in diem, alii quod fratres suos dilectione quae in Christo *est* visitabant, alii quod ab episcopis qui in urbibus *erant* regione in regionem expellebantur, adiciebantur et cum fratribus suis multiplicabantur, et quasi πολιτεία * sacerdotum insignium ac fidelium facta est, et 15 fraternitas serena quae cum eis *erat*. Et dilectione concordes erant, et amore mutuo abundabant, et apud omnes cari et accepti erant. Et nihil deerat; principes enim venerandi communitatis omnium membrorum corporis eos comitabantur, sacer Iohannes *urbis* Tellā, vir asceta ac ieiunator — hic et ne pane optando 20 quidem vescebatur principio vitae hominis, et sic Scripturis legendis profecit, et factus est γνωστικὸς et θεωρητικός; mentem enim suam intellectu spiritalium (?) tres horas sursum levabat, cum admiraretur et sapientiae creaturarum Dei contemplatione teneretur, et tres deinceps horas a sexta ad nonam cum omnibus 25 iucundus ac suavis erat cum de rebus necessariis cum praesentibus sermonem conferret [3]; — et Thomas porro Darae, cum multos labores sustineret, de *rebus* physicis multum loquebatur.

* p. 82.

'Ενάτῳ autem, anno 5° regni huius sereni regis Iustiniani qui hodie *est*, rectitudinem tribuit a Deo Domino nostro qui de 30 factis eius praescientiam habebat commotus, et ab ἐξορίας et regionibus in quas zelo fide recesserunt cuncta τάγματα redire iussit; episcopus vero fideles ut ad eum adscenderent vocavit. Et, cum hoc ἐνάτῳ factum esset, Hunni multi agrum Romanorum δεκάτῳ invaserunt, et quos extra urbes invenerunt trucidaverunt, 35 et fluvium Euphratem transierunt, et usque ad χώραν Antiochiae

[1] Sc. 'populi albae'. — [2] Cf. cap. III, tit. — [3] Clausulae constructio mutata est.

progressi sunt. Dei ergo dispensatione ut dixit : « Mi popule, cubicula tua intra, et abscondere donec ira mea transeat »[1], et regis mandato fideles qui in Oriente *erant* rursus in unum collecti sunt. Iohannes autem eremita Anastasiae, vir moribus venerandus, in deserto ab * Hunnis occisus est ; Simeon vero eremita, qui 'cornutus' vocabatur, nihil damni passus est. * p. 83.

CAPUT VI EIUSDEM LIBRI VIII, QUI FUERINT SUMMI SACERDOTES DIEBUS IUSTINI, QUI, CUM NOVEM ANNOS REGNASSET, ANNO πέντε[2] MORTUUS EST, ET REGNAVIT POST EUM QUI HODIE *EST* IUSTINIANUS FILIUS SORORIS EIUS.

Summi sacerdotes qui diebus Iustini *fuerunt* sunt hi. Romae Hormisda. Alexandriae Timotheus. Hierosolymorum Petrus qui Iohanni successit. Antiochiae autem Paulus Iudaeus qui expulsus est ; et post eum Euphrasius qui eversione Antiochiae τετάρτῳ combustus est ; et post eum factus est Ephraim amidensis. Constantinopolis Epiphanius.

In hoc libro[3] tempus novem annorum comprehenditur.

CAPUT VII, ⌜PROLOGUS QUI A SANCTO MĀRE EPISCOPO AMIDAE BEATA MEMORIA DIGNO CAPITIBUS SUMMATIM COMPOSITUS EST DE EVANGELIO ET CHRISTI IN CARNE DISPENSATIONE, [NECNON CITATIO DE IOHANNIS EVANGELIO IN CANONE LXXXIX, AB EO SOLO NARRATO, DE MULIERE QUAE EI A IUDAEORUM DOCTORIBUS OBLATA EST EX ADULTERIO GRAVIDA.][4]

« Ut aliquis sermonis longi cognitionem in pauca capita summatim colligat, harum *rerum* perceptionem in mente et memoria et intellectu * reponit. Et haec de capitibus in hoc scripto notatis scire possumus ; et haec porro θεωρίαν omnium *rerum* quae in eis sunt in mentem protinus summatim transire faciunt, cum ordine audiuntur et intelleguntur. Cum enim aliquis evangelii conscriptionem colliget, ex ea discet Deum incorporatum esse et eius divina esse et humana, quibus mundi correctiones faciat, quas adventu suo secundo lucide ostenturus sit. Ideoque quicunque haec singillatim contemplabitur primo census ante * p. 84.

[1] Is., XXVI, 20. — [2] Vide p. 11, n. 1. — [3] Ms. 'tempore'. — [4] A 'prologum infra continet a M. ep. Am. lingua gr. in Tetrevangelio compositum'. Uncis inclusa e p. 62 addidi. Vide not. ad textum. De nomine Māre vide p. 41, n. 10.

eius incorporationem *habiti* cognitionem inveniet, necnon et Iohannis Baptistae nativitatem in testimonium Dei Israel secundum angeli praenuntiationem factam esse. Inveniet autem nativitatem Iesu Dei quae supra naturam *erat* in Virgine Maria et ex ea factam esse, et omnem hominem de terra initium habere, 5 secundum verbum Baptistae [1]; qui autem non de terra sit Iesum esse de caelo [2]. Testimonia vero incorporationis eius in libro nuntii dicta ea *sunt* quae spiritu ab Elisabeth et ab angelo ad Virginem et Ioseph et pastores in adnuntiatione nativitatis eius a coetu *angelorum* vigilum dicta sunt, necnon prophetia 10 Zachariae et ortus stellae, quae regnum quod non corrumpetur Filii Dei qui natus est ostendit, et prophetia Simeonis sacerdotis et Annae de adventu Christi in salutem mundi et Israel; et cum his et proclamatio Baptistae quae testificatur ipsum de terra esse

*p. 85. et Salvatorem nostrum de caelo [1]. *Et in ipsa conscriptione 15 evangelii intelleget aliquis porro dispensationem divinam Domini nostri quae sapientia non transeunte facta est, nec per sapientiam librorum et doctrinae peritiam, et potentiam virtutum mirabilium quas fecit et locutus est, et scientiam eius de omnibus *rebus,* et eum peccatum non fecisse, necnon in arbitrio eius fuisse pati 20 tempore suo et extra tempus non pati, eumque in potentia sua habuisse passionibus suis voluntariis quas in corpore *pateretur* passiones dissolvere, et mortem resurrectione sua abolere, et ad caelum adscendere. Conscriptio vero lucide indicat eum de Virgine incorporatum esse carne animata et intellectuali, concep- 25 tionem eius humanam novem mensium, nativitatem eius secundum naturam supra naturam, eumque fasciis involutum esse et lac suxisse et legaliter circumcisum esse, et ab Herodis minis in Aegyptum fugisse, genitrice eius eum portante, et ex Aegypto adscendisse in renovationem Israel et typo [3] eius; necnon eum 30 statura crevisse, et matri suae et Ioseph coniugi eius subiectum esse, et a Iohanne aqua baptizatum esse ut nativitatem renovationis humanitatis quae ea typo [3] renovatur ostenderet, quoniam baptismus eius sanctam Spiritus nativitatem nobis donasset; ut hominem vero a diabolo tentatum esse, ut Deum autem in ἀγῶνι 35 et disputatione tentatorem facile vicisse; et ab angelis ministerium

[1] IOH., III, 31. — [2] I *Cor.*, XV, 47. — [3] τύπος.

recepisse, et generi [1] nostro requiem dedisse nos ad paradisum restituendo ; cum discipulis autem humane porro conversatum esse, et a persecutoribus aliquando recessisse, et esuriisse et sitiisse et fessum esse ; ostendisse autem se non necessitate
5 tantum naturae haec humane accepisse cum * non esset Deus *p. 86.
ex eo quod testimonium detur eum vere quadraginta dies ieiunasse, postremo vero esuriisse ; his *rebus* similiter etiam dormiisse ; quoniam vero in monte quiete uteretur, oratione vigilasse, et hanc pro hominibus Patrem humane orasse ; in
10 mari autem et inter procellas in nave dormiisse, discipulorum instruendorum causa ut crederent eum esse qui marium procellam et vocem undarum eorum sedet ; necnon, cum eum de supercilio montis deicere quaesiissent, eos non potuisse, sed, cum eum circumstetissent, eum per medios transiisse, et abiisse ; et,
15 cum in cruce lancea vulneratus esset, non necessitate animam eius discessisse, sed eum caput inclinasse, et spiritum suum tradidisse ; et omnibus modis divina et humana eius esse. Mundi vero emendationes quas fecit Christus sunt, castigatio eius ad deceptorem *facta*, et daemonia quae expellebat, et spiritus
20 immundi quos eiciebat, et morbi duri quos sanabat, et mortui quos suscitabat, et tentationes variae quas transire faciebat, et passiones compluras quas abolebat ; quae erant typi [2] et signa mundi futuri, a malis remoti ; qui spe et dilectione et fide a nobis exspectatur. Doctrina autem Salvatoris nostri homines a
25 passionibus amoris pecuniae et amoris gloriae et voluptatis segregat, eosque evehit, ut Deo voluntatis aequitate serviant. »

⌈ Erat vero in eodem evangelio eiusdem sancti Māre episcopi [3], in canone LXXXIX, caput * quod a Iohanne solo in evangelio eius *p. 87.
relatum est [4], et in aliis codicibus non invenitur, locus huiusmodi :
30 « Factum est quodam die, cum Iesus doceret, *ut* mulierem quandam quae ex adulterio gravida inventa erat ei obtulerint, eumque de ea docuerint. Et dixit eis Iesus, cum ut Deus passiones eorum pudendas et facta eorum cognovisset : ‘ In νόμῳ quid mandat ? ’ Ei autem dixerunt ei : ‘ Ut in ore duorum et trium
35 testium [5] lapidetur ’. Is vero respondit, et dixit eis : ‘ Secundum

[1] γένος. — [2] τύπος. — [3] MICH. ‘ Et, cum talia scriberet sacer Mār M., habebat in ev.’ — [4] IOH., VII, 53-VIII, 11. — [5] MATTH., XVIII, 16.

νόμον Mosis quicunque ab hac peccati passione purus est *eius*que immunis, et, eo quod ipse hoc peccato non reprehenditur, confidenter ac libere testificatur, contra eam testificetur, et primus lapidem in eam iaciat, et postea etiam lapidetur'. Ei autem, quoniam hac transgressionis passione reprobarentur ac reprehen- 5 derentur, singuli a conspectu eius recesserunt et mulierem reliquerunt. Et, cum abiissent, Iesus terram spectabat, et dum in pulvere eius scribit mulieri dixit : ' Qui te huc adduxerunt et contra te testificari volebant, cum ea quae eis dixi intellexissent, quae audiisti, te reliquerunt, et recesserunt. Abi iam tu etiam, 10 neve hoc peccatum rursus feceris' ».

LIBER ETIAM IX de regno Iustiniani indicat, qui feria quinta ultimae ieiunii septimanae Anticaesar factus est. Et, cum tres menses cum Iustino avunculo suo gubernasset, qui fine tāmmuz, * p. 88. **anno* πέντε [1] iam exeunte, mortuus est, hic Iustinianus αὐτο- 15 κράτωρ factus est, anno 838 Graecorum, Olympiade 327ª. Et quae usque ad πεντεκαιδέκατον gesta sunt, χρόνον annorum decem, in capitibus in λόγῳ IX infra exscriptis continentur, quae sunt capita viginti sex, dum regnat. En ! infra exscripta sunt ; et sunt haec.

Caput I eiusdem libri IX de pugna docet quae aestate anni 20 πέντε [1] iuxta Nisibin et Tebheth arcem Persarum facta est.

Caput II eiusdem libri de pugna indicat quae in deserto Tanurin facta est.

Caput III eiusdem λόγου de pugna indicium praebet quae iuxta Daram urbem prope limitem *sitam* facta est. 25

Caput IV eiusdem libri de pugna exponit quae iuxta Euphratem ἐνάτῳ facta est.

Caput V de Gdr Cadiseno commemorat duce exercitus Persarum, quomodo occisus sit et Izdegherd qui cum eo *erat* filius sororis ephṭeḥašā [2] *regionis* Arzun captivus factus sit. 30

Caput VI de pugna docet quae iuxta Maipherqaṭ *urbem*, in limite *sitam*, facta est, et de Hunnis multis qui agrum Romanorum anno δεκάτῳ invaserunt.

Caput VII indicat quomodo aestate ἑνδεκάτῳ pax inter Romanos

[1] Vide p. 11, n. 1. — [2] Arm. 'bdeaškh (princeps)'; Proc., *Bell.*, I, XIII, 16, Πιτυάξης ; turcice pādišah.

et Persas per Rufinum et Hermogenem μάγιστρον legatos facta sit.

Caput VIII eiusdem libri IX de Samaritanis indicat qui defecerunt et *tyrannos [1] sibi statuerunt in regione Palaestinae. *p. 89.

Caput IX eiusdem λόγου, de haeresi Iuliani phantasiastae episcopi urbis Halicarnassi [2], quomodo apparuerit.

Caput X de prima Iuliani epistula ostendit, quae ad Severum *scripta est* cum percontatione de corpore Christi Dei nostri.

Caput XI eiusdem libri de ἀντιγραφῆς epistulae Iuliani indicium praebet, quam Severus doctor summus sacerdos ad eum scripsit.

Caput XII eiusdem libri de secunda Iuliani epistula exponit, quam ad Severum scripsit.

Caput XIII de ἀντιγραφῆς huius secundae Iuliani epistulae commemorat, quae a Severo patriarcha facta est.

Caput XIV eiusdem libri de στάσεως indicat quae in urbe regia facta est, et quomodo Hypatius et Pompeius occisi sint et δῆμος multus in ἱππικῷ trucidatus sit anno δεκάτῳ.

Caput XV de petitione indicat quae in δεήσει *fuit* quam episcopi fideles, qui ab ἐξορίας ad urbem regiam vocati sunt, de fide sua regi Iustiniano dederunt.

Caput XVI eiusdem libri IX de defensione ostendit quam Severus summus sacerdos in epistula sua ad regem Iustinianum fecit, in qua quod ab eo ad urbem regiam vocatus esset recusavit quin adveniret.

Caput XVII eiusdem libri IX de Carthagine urbe magna regionis Africae indicat quomodo per Belisarium στρατηγὸν et exercitum Romanorum expugnata sit, et regi Iustiniano subiecta.

*Caput XVIII eiusdem λόγου IX de Roma et Neapoli regionis Italiae indicat, et quomodo per Belisarium στρατηγὸν et exercitum Romanorum expugnatae sint. *p. 90.

Caput XIX eiusdem libri IX de Severo rursus patriarcha indicat, qui ad urbem regiam adscendit et regi apparuit et in palatio [3] receptus est, et fuit ibi usque ad finem ādhār mensis anni τεσσαρεσκαιδεκάτου et deinde exiit.

Caput XX eiusdem libri IX de epistula Severi patriarchae indicat, quae τάγμα sacerdotum et ordinem monachorum qui in Oriente *erant* de eius ab urbe regia exitu docet.

[1] τύραννος. — [2] Ms. 'Alexandriae'; e cap. IX correxi. — [3] παλάτιον.

[Caput][1] xxi eiusdem libri IX de epistula canonica concordiae ac consensus indicat quae ab Anthimo summo sacerdote urbis regiae ad Severum patriarcham facta est.

Caput xxii eiusdem λόγου IX de epistula consensus ac concordiae indicat quae canonice a Severo ἀντιγραφῆς modo ad 5 Anthimum summum sacerdotem Constantinopolis urbis regiae facta est.

Caput xxiii eiusdem libri IX de epistula consensus ac concordiae indicium praebet quae a Severo ad Theodosium Alexandriae canonice facta est. 10

Caput xxiv eiusdem libri IX de epistula canonica concordiae porro ac consensus indicat quae ἀντιγραφῆς modo a Theodosio patriarcha ad Severum doctorem facta est.

Caput xxv eiusdem libri IX de epistula canonica consensus exponit quae ab Anthimo summo sacerdote urbis regiae ad 15 *p. 91. Theodosium * patriarcham Alexandriae urbis magnae facta est.

Caput xxvi eiusdem libri IX de epistulae responso commemorat quae canonice consensu ac fraternitate a Theodosio archiepiscopo Alexandriae ad Anthimum summum sacerdotem urbis regiae facta est. 20

Continet[2] vero supra[3] liber IX ultimo loco prologum qui a sancto Māre episcopo Amidae, beata memoria digno, capitibus summatim compositus est de evangelio et Christi in carne dispensatione ; necnon citationem de Iohannis evangelio in canone LXXXIX, ab eo solo narrato, de muliere quae ei a 25 Iudaeorum doctoribus oblata est ex adulterio gravida.

CAPUT I LIBRI IX, QUOD DE PRINCIPIO REGNI IUSTINIANI INDICAT, ET DE PUGNA QUAE IUXTA NISIBIN ET TEBHETH ARCEM FACTA EST.

Anno πέντε[4] cum regnaret Iustinus hic senex de quo supra narravimus, qui de regione Illyrici erat, sororis suae filium, qui 30 erat στρατηγός, Anticaesarem fecit. Et factus est Iustinianus Anticaesar feria quinta ultimae ieiunii septimanae ; et, cum tres menses gubernasset, mortuus est avunculus eius, exeunte tāmmuz, et factus est αὐτοκράτωρ, anno 838 Graecorum, Olympiade 327ª.

[1] In ms. excidit. — [2] Haec per errorem hic ins. esse videntur. Cf. VIII, VII, tit.; Prol. Māre in libro IX non stat. — [3] Sic textus. — [4] Vide p. 11, n. 1.

Et mandavit de Castris Maurianis (?) [1] suis et *ut* urbs magna condita sunt, et προνόμια eis data sunt, et exercitus etiam in eis collocatus est; et aqua in ea e longinquo introducta est quod aqua eorum mala erat. Et iam ab initio regni sui * et usque ad * p. 92.
5 hunc diem sane aedificando operam dedit, ut urbes in regionibus diversis restituat, et in locis diversis muros renovet, imperii sui custodiendi causa. Quoniam vero Persae et Romani inimicitia inter se usi sunt, his temporibus cum Timostratus [2] στρατηλάτης dux [3] *esset* in limite, exercitus cum ductoribus suis apud eum,
10 congregatus est, ut in Nisibin pugnaret. Et dimicaverunt, eamque non expugnaverunt, et inde ad Tebheth arcem recesserunt; et exercitus muro adpropinquaverunt [4] eumque perruperunt. Et fuit tempus calidum aestatis, et ob causam quandam impediti sunt, neque arcem ceperunt quae Dara circa quindecim para-
15 sangas distabat, et exercitus Daram reverti iussi sunt [4]. Et, quod suillam salitam multam avide comederunt, pedites siti in itinere mortui sunt, et ex exercitu perierunt; et ipsi se in lacus deserti iniecerunt, et mersi sunt; et ceteri in itinere interierunt; et equites Daram pervenerunt. Et sic exercitus dissolutus est.

20 CAPUT II EIUSDEM LIBRI IX, DE PUGNA QUAE IN DESERTO TANURIN FACTA EST.

Vivente Iustino [5] rege, qui de Tanurin didicerat id idoneum esse ubi urbs ad refugium in deserto conderetur et exercitus *regionis* ʻArabh [6] a praedonibus Ṭayāye [7] custodiendae causa
25 collocaretur, Thomas silentiarius āphadhanāyā [8] urbem conditurus missus erat. Et, cum ὕλην aliquantam parasset et fabricatores [9] qui opus inceperant, a Ṭayāye et Cadisenis qui Singarae et Tebheth *erant* desinere coacti suut. Quoniam vero, ut supra indicavimus, Romani se accinxerant, * et Nisibin et Tebheth * p. 93.
30 oppugnaverant, Persae quoque etiam post haec adfuerunt et φοσσεῦσαι in deserto Tanurin fecerunt. Et, quod dux [10] Timostratus [2] στρατηλάτης mortuus erat, Belisarius ei successit; nec pretii adpetens erat, et agrestes amabat, neque exercitum eis

[1] Vide p. 40, n. 5. — [2] Ms. ʻṬimos'; cf. ʻIos. STYL.', XCVII; SEV., *Select Letters*, I, VIII; IOH. EPH., *Hist. Eccl.*, VI, V (p. 354). — [3] δοῦξ. — [4] Sic syr. — [5] Ms. ʻIustiniano'. — [6] Vide p. 14, n. 1. — [7] Vide p. 24, n. 5. — [8] Vide p. 21, n. 4. — [9] Vide p. 24, n. 11. — [10] δοῦξ.

nocere sinebat. Salomon autem quidam eunuchus de Idhribht [1] arce eum comitabatur, et vir fuit astutus, et mundi negotiis versatus ; et Felicissimo duci [2] notarius [3] fuerat, et ceteris gubernatoribus adhaeserat, et ob experientiam rerum arduarum versutus erat. Ergo exercitus Romanorum collectus est contra Persas ad desertum Tanurin profecturus cum Belisario [et] [4] Cutze fratre Butzis, et Basilio et Vincentio [5], et aliis principibus exercitus, et Aṭaphar [6] ductore Ṭayāye. Et, cum audissent Persae, dolo usi foveas aliquot in fossis [7] propriis foderunt, et stipites (?) trigonos [8] lignorum circa eas extra texuerunt, et spatia aliquot reliquerunt. Et cum exercitus Romanorum advenisset dolum a Persis structum antea non perceperunt, sed principes exercitus vi impetus sui fossam [7] Persarum intraverunt, et cum in foveas incidissent capti sunt, et Cutzes occisus est. Et exercitus Romanorum equestris reversi sunt [9], et fuga Daram redierunt, et Belisarius. Pedites autem qui non evaserunt occisi sunt, et captivi facti sunt. Et Aṭaphar rex ṭayāyā, dum fugit comminus concussus est et mortuus est ; et vir fuit bellicosus ac sapiens, et armis Romanorum multum exercitatus erat, et in locis diversis pugnis illustris factus erat et celeber erat.

* p. 94. *CAPUT III EIUSDEM λόγου IX, DE PUGNA IUXTA DARAM *FACTA*.

Persae nimirum superbia et fastu et iactatione adfecti sunt ; et Mihran [10] et marzbāne exercitum congregaverunt, et contra Daram venerunt et in *pago* ʻ Amudhin [11] castra posuerunt, ultro confisi se, ut exspectaverant, urbem subacturos, eo quod ense eorum exercitus Romanorum imminutus erat. Et equites ac pedites eorum adfuerunt, et a *parte* meridiana urbis venerunt, eam circum cincturi ut eam obsiderent. Et auxilio Domini nostri, qui castigat nec plane morti tradit [12], exercitus Romanorum eis occurrerunt [13]. Sunica enim quidam princeps exercitus [qui] [14] Hunnus fuit, et cum apud Romanos confugisset baptizatus erat, et Simmas [15] χιλίαρχος romanus, et armigeri eorum, cum viris

[1] PROC., *Aed.*, II, IV, 14, Ἰδριφθόν. — [2] δοῦξ. — [3] νοτάριος. — [4] In ms. excidit. — [5] Ms. BYZQNTYS. — [6] IOH. MAL., p. 441, Ταφαρᾶς. — [7] φόσσα. — [8] τρίγωνα. — [9] Sic syr. — [10] PROC., *Aed.*, II, II, 19, Μιῤῥάνης. — [11] ID., *Bell.*, I, XIII, 15, Ἄμμωδις. — [12] *Ps.* CXVII, 18. — [13] Sic syr. — [14] In ms. excidit. — [15] Ms ʻsĕyāmuth (positio)ʼ ; PROC., *Bell.*, I, XIII, 21, Σίμμας.

vicenis totum exercitum Persarum ab urbe saepe reppulerunt, dum animose ab alia ad aliam partem fortiter transeunt, et a recta et a sinistra mactant. [Et][1] κονταρίῳ et gladio valde exercitati erant, et vox eorum vehemens erat et terribilis, et Persas
5 timidos reddiderunt ut ante eos caderent. Et ductorum eorum duo cum copiis haud exiguis Persarum occisi sunt; paighe autem, qui sunt pedites Persarum, Heluri[2] cum Butze a parte orientali urbis multos mactaverunt et reppulerunt. Et Persae, cum vidissent occisos multiplicatos esse, arte usi sunt, et *nuntium*
10 Nisibin miserunt, ut iumenta quot valerent adducerent, et Daram statim venirent, et praedam quantam possent sibi sumerent. Et, cum venissent multa, cadaveribus occisorum suorum ea oneraverunt, et cum ignominia deinde reversi sunt. * Verumtamen reliquus exercitus Persarum 'Arabh[3] Romanorum invaserunt[4]
15 idque igni incenderunt[4]. *p. 95.

CAPUT IV, DE PUGNA QUAE IUXTA EUPHRATEM ἐνάτῳ FACTA EST.

Persae, cum experimento edocti essent se impetu Romanorum damnum multum pati si quando urbi adpropinquant et contra eos exeunt, in terram Romanorum desertam adscenderunt et
20 iuxta Euphratem castra posuerunt, et secundum morem suum fossam[5] fecerunt. Et Belisarius cum exercitu Romanorum cui praeerat et χιλίαρχοι se contra eos ad pugnam paraverunt. Et ultima ieiunii septimana advenerunt, et Persae ut grex parvus in oculis eorum inventi ac visi sunt. Et Astebhidh[6] ductor eorum
25 et qui cum eo *erant* eos metuerunt; et ad Romanos *nuntium* misit, ut festum honorarent, 'propter nazarenos et Iudaeos qui in exercitu *sunt* qui mecum *est*, et propter vos qui christiani estis'. Et, cum intellexisset Belisarius στρατηγός, hoc ei placuit; principes autem exercitus valde murmuraverunt, nec moram
30 facere et diem honorare adnuerunt. Et, cum diluculo prima feria azymorum se ad pugnam parassent, dies fuit frigidus, vento contra Romanos *flante*; et debiles visi sunt, et a pugna Persarum reversi fugerunt; et in Euphratem inciderunt, et multi mersi sunt; et alii occisi sunt. Belisarius autem se servavit. Captus

[1] In ms. excidit. — [2] Sc. 'Heruli' (PROCOP., *ibid.*; 19); ms. 'yaludhe (infantes)'. — [3] Vide p. 14, n. 1. — [4] Sic syr. — [5] φόσσα. — [6] Vide p. 53, n. 5.

est vero filius sororis Butzis — qui ipse Amidae aegrotabat, neque ad pugnam profectus est, sed exercitum suum cum Domitziolo ad *urbem* Abhgāršāt misit, — et in terram Persarum descendit, postremo autem rediit ; et quomodo, in capite sequente referam.

CAPUT V EIUSDEM LIBRI IX DE GDR CADISENO, DUCE EXERCITUS PERSARUM, QUOMODO OCCISUS SIT *ET IZDEGHERD QUI CUM EO *ERAT*, FILIUS SORORIS HURMIZD EPHTEHAŠĀ [1] REGIONIS ARZUN, CAPTIVUS FACTUS SIT.

*p. 96.

Cum diebus Belisarii ducis [2], *anno* πέντε [3], Romani, postquam impediti sunt quominus Tanurin limitis conderent, in *regione* Melabhaš [4] Bidhwin [5] (?) urbem facere voluissent, Gdr cadisenus cum exercitu a Qawadh missus est, et Romanos desinere coegit, eosque pugna quam cum eis fecit in monte Melabhaš fugavit. Et παῤῥησίαν apud Qawadh adquisivit, et collocatus est ut limitem a parte orientali Melabhaš in regione Arzanāye usque ad Maipherqaṭ cum exercitu custodiret. Et hic contra Romanos multum iactabat et effutiebat, et sicut Rabsaces qui a Sennacherib missus est blasphemabat. Et circiter septingentos equites loricatos duxit, et pedites qui eos comitabantur ut praedam colligerent ; et Tigrim transierunt in agrum Attakhāye [6] Amidensium. Et Bessa dux [2] factus est in *urbe* Maipherqaṭ, et tempus fuit aestatis huius ἐνάτου. Et cum Gdr erat Izdegherd, filius sororis ephṭehašā, qui ut vicinus regionem Attakhāye sciebat. Et cum audisset Bessa contra eum exiit, cum quingentis circiter equitibus, ab *urbe* Maipherqaṭ quae quattuor circiter stadia [7] distabat, eique in *pago* Beith Ḥelṭe obviam venit. Et exercitum eius iuxta Tigrim trucidavit, et Gdr occidit et Izdegherd captivum fecit eumque Maipherqaṭ introduxit. Hic post pacem, quae δεκάτῳ facta est, pro Domitziolo datus est qui a terra Persarum rediit. Bessa vero dux [2], postquam equites Persarum et Gdr trucidavit qui limitem in agro Arzanāye custodiebant, regionem intravit et multum damnum in ea fecit, et captivos cepit, et Maipherqaṭ adduxit.

[1] Vide p. 60, n. 2. — [2] δοῦξ. — [3] Vide p. 11, n. 1. — [4] THEOPH. SIM., II, x, 2, τὸ Μελεβασῶν ὄρος. — [5] Nomen fortasse corruptum ; PROC., *Bell.*, I, XIII, 2, Μίνδους (Krüger). — [6] *Ibid.*, XXI, 9, Ἀτταχᾶς χωρίον. — [7] Locus fortasse corruptus. Dicit Proč. *(l. c.)* Attakh Martyropoli (Maipherqaṭ) 100 stadia distare.

CAPUT VI IN λόγῳ IX DE BELLO QUOD CONTRA MAIPHERQAṬ GESTUM EST NOS CERTIORES FACIT, ET DE EXERCITU HUNNORUM HAUD PARVO QUI TERRAM ROMANORUM INVASIT. *p. 97.

Pagi qui in regione Arzanāye *sunt* ipsius regis[1] Persarum proprii sunt, et pecunia haud parva ab incolis eorum gazae regis, et ἀξίᾳ ephṭeḥašā qui regis ὕπαρχος ibi constitutus est, per exactionem capitum colligitur. Huic regioni, ut supra relatum est, Bessa dux[2] multum damnum attulit qui filium sororis ephṭeḥašā captivum fecit et in *urbe* Maipherqaṭ tenebat. Et rex Qawadh valde doluit, cum de vastatione regionis ab ephṭeḥašā didicisset, qui idem Hurmizd in exercitu et palatio[3] regis (?)[4] sui omnes lapides movebat contra Maipherqaṭ ut id expugnaret; quod Romanorum exercitui latebrae et refugium est ut Arzun diripiat. Et exercitus ut *ita* dicamus ab exercitu Persarum instructus est; [et][5] Mihrgirwi[6] missus est ut Hunnos multos conduceret et in auxilium eorum venire faceret. Et advenerunt et contra Maipherqaṭ coacti sunt, principio δεκάτου, et fossam[7] contra id fecerunt, et ' mulum '[8] et cuniculos multos, et ei bello institerunt idque graviter presserunt. Et erat in eo exercitus haud parvus Romanorum et Butzes, et multos Persas pugnando reppulerunt. Mortuus erat vero et Nunnā urbis episcopus. Belisarius vero, quoniam culpam a rege incurrerat quia exercitus Romanorum in *pago* Tanurin et ad Euphratem a Persis trucidatus erat, *dignitate* amotus erat, et ad regem adscendit, et Constantinus ei Darae successit. Et exercitus Romanorum multorum congregatus est et Sittas factus est στρατηγός, et Bar Gabhala rex ṭayāyā[9] cum eis *erat*. Et *mense* tešrin δεκάτου Amidam pervenerunt, et Iohannes eremita Anastasiae, *vir moribus venerandus, qui vocatus erat[10] eos comitabatur. Et, cum ad *urbem* Maipherqaṭ abiissent, et hiems advenisset — et regio illa septentrionalis et frigida *est*, — Persae pluvia lutoque impediti sunt et graviter laboraverunt; timuerunt vero et multitudinem exercitus Romanorum. Mortuus erat autem et Qawadh rex eorum dum ipsi ibi sunt. Et pactum cum Romanis fecerunt, ut urbe *p. 98.

[1] Litt. ' regni ' vel ' maiestatis ' (ut dicimus, ' coronae '). — [2] δοῦξ. — [3] παλάτιον. — [4] Textus corruptus est et emendatio incerta. — [5] In ms. excidit. — [6] PROC., *Bell.*, I, xv, 2, Μερμερόης. — [7] φόσσα. — [8] Vide p. 15, 16. — [9] Vide p. 24, n. 5. — [10] Sc. ad episcopatum. Vide p. 57.

recederent. Et, cum iam recessissent et Maipherqaṭ apertum esset, et exercitus Romanorum reversus esset, Hunni advenerunt qui a Persis conducti erant populus multus. Hic *populus* terram Romanorum subito adgressi sunt, et agricolas multos trucidaverunt et occiderunt, et pagos ecclesiasque eorum incenderunt ; et Euphratem transierunt, et usque ad Antiochiam progressi sunt ; nec quisquam ante eos stetit et damnum eis intulit, nisi hic Bessa dux [1] Maipherqaṭ, qui quibusdam ex eis incidit, cum reversi essent, et occidit [2] et equis circiter quingentis potitus est et praeda multa, et vir dives factus est ; et apud Qiṯhariz [3] arcem dux [1] loci eorum viros circiter quadringentos reppulit, et iumentis eorum potitus est. Regnavit autem post Qawadh Kāsrun filius eius. Huius mater vivente Qawadh marito suo a daemone agitabatur ; et cuncti magi et theurgi et incantatores qui a Qawadh marito eius vocati sunt, qui eam valde diligebat, nihil ei profecerunt sed, ut veritatem dicam, daemonibus daemones in ea adiecerunt. Haec τετάρτῳ diebus Liberarii [4] ducis [1] ad Mosen beatum qui ⌜ monasterium habebat supra [5] Daram, duas circiter parasangas *terrae *distans*, et celeber erat missa est ; et paucos dies apud eum fuit et mundata est et ad terram suam reversa est, cum ab hoc Mose sancto monasterii quod vocatur Ṭrml benedictionem [6] de ossibus Cyriaci martyris tutelae suae causa recepisset ut apud eam confugeret, ne spiritus in eam reverteretur. Et *eum* venerata oratorium in regione sua ei clanculum (?) aedificavit, et ibi adoratur. Et, gratiam recordata quae per hunc beatum Mosen *monasterii* Ṭrml in ea facta erat, imperium Romanorum modo et causa quae infra notantur adiuvit.

CAPUT VII EIUSDEM LIBRI IX, QUOMODO INTER ROMANOS ET PERSAS PAX FACTA SIT, ET SEX SEPTEM*VE* ANNOS DURAVERIT, DIEBUS RUFINI ET HERMOGENIS μαγίστρου.

Iustiniano regi, cum ea quae in imperio eius in Beith Nahrin [7] acciderant consideraret, et copias quae identidem a Persis trucidatae erant, et agricolas qui ab Hunnis occisi et captivi facti

[1] δοῦξ. — [2] Sic syr. — [3] Proc., *Bell.*, II, xxiv, 13, Κιθαρίζων. — [4] Vide p. 51, n. 6. — [5] A ‘monachus erat infra’. — [6] Sc. ‘donum’ vel ‘amuletum’. — [7] Vide p. 14, n. 2.

erant, et terram quae cum pagis suis incensa erat, cum Kāsrun, qui post Qawadh patrem suum rex factus erat, bello missi exercitus rursus contendere haud cordi fuit. Et, quod hic Rufini amicus erat, et is patri eius auctor fuit ut post eum regnaret, regem certiorem faciebat et confirmabat, et promittebat, si in regione eius ei appareret, se [1] pacis causa quae a rege optaretur id quod iuste eum [2] rogaturus esset recepturum. Ideoque Rufinus et Hermogenes μάγιστρος * legati ad Kāsrun ἑνδεκάτῳ missi sunt; * p. 100. et multa cum eo locuti sunt. Et, quoniam hic Rufinus ibi notus erat utpote qui saepe apud Qawadh legatus esset, eique carus esset, et primores regni eius multis muneribus honorasset, et regina mater Kāsrun eum diligebat, quod de filio eius *regi* Qawadh auctor fuit ut rex fieret, et pro sanatione sua Mosi beato monasterii [3] Ṭrml post Deum gratiam debebat, Kāsrun filium suum instanter rogavit, et condicione auri quod accepit, quod a rege Iustiniano missum est quemadmodum a Rufino et Hermogene legatis eius ei litteris scriptum est, pacem fecit; et instrumenta conscripta et obsignata sunt. Et visae sunt stellae in caelo novo quodam *modo* saltantes, et hiems fuit ἑνδεκάτου. Et sex septem*ve* annos mansit, usque ad τρίτον.

CAPUT VIII EIUSDEM LIBRI IX, DE SAMARITANIS QUI DEFECERUNT ET TYRANNUM [4] SIBI CONSTITUERUNT IN REGIONE PALAESTINAE.

Samaritani in regione Palaestinae, qui Neāpoli urbi propinqui sunt et a Caesarea haud multum distant, cum de Persis didicissent eos identidem terram Romanorum adgressos esse et invasisse, et quod hos ante eos debiles fuisse opinati sunt, feroces facti sunt eo quod se de Cutha [et de] [5] Babylone et de Avah, et de Amath et de Sepharvaim a Salmanasar Assyriae rege missos esse et in terra Samariae consedisse reputaverunt; et * defectione * p. 101. facta tyrannum [4] sibi praefecerunt et Neapolim intraverunt et Māmunā [6] urbis episcopum occiderunt; et res novas concitaverunt et damnum in regione faciebant, cum Persas adiuvare vellent, quorum de regione in terra Romanorum consederant;

[1] Vel 'eum'. — [2] A 'Deum'. — [3] A 'monacho'. — [4] τύραννος. — [5] In ms. excidit. — [6] Cyr. Scyth., *Vit. Sab.*, p. 339, Ἀμμωνά (v. l. Σαμμωνᾶ), sed ms. Colb. (ed. Pomyalovskiy, p. 583) Μάμμωνα.

et templa multa sanctorum incenderunt, et urbem occupaverunt [1] et praedam collegerunt. Et, cum rex de hac *re* didicisset, Hadrianum χιλίαρχον misit; et congregati sunt et dux [2] regionis qui cum eo *erat*, et exercitus Romanorum et Ṭayāye qui in Arabia *sunt*; et contra Samaritanos advenerunt; et a Romanis 5 trucidati sunt. Et tyrannum [3] occiderunt et urbem expugnaverunt, eamque imperio suo priori secundum morem reddiderunt. Et episcopus etiam in ea constitutus est et exercitus qui eum tueretur et regionis habitatores ordinaret.

CAPUT IX EIUSDEM λόγου IX, DE HAERESI PHANTASIASTARUM 10 IULIANI HALICARNASSII, QUOMODO APPARUERIT.

Iulianus urbis Halicarnassi episcopus cum ceteris episcopis fidelibus sede sua zelo recessit; et vir fuit senex, et fide acer fuit. Et, dum duas naturas dicere renuit, sicut Eutyches, et monachi qui τάγμα non bene sapiunt, in haeresim Eutychis 15 incidit. Et diserti Severi summi sacerdotis notus fuit, et amicus. Et aliquando, cum hic Iulianus a quodam rogatus esset [quomodo sanctae ecclesiae confessio se habeat] [4], λόγον quendam fecit contra diphysitas, nec sincere sine reprehensione ei [5] adhaesit. Verumtamen, cum hic ἀγωνιστής sapiens Severus didicisset, hanc 20 perceptionem abscondidit [6], eo quod intellexit, si correctionem facturus esset, fore fortasse ut domus contra domum divideretur

* p. 102. *et dilectionem divideret, quam nemo separat cum increpationem suam quae secundum iustitiam fit accipere perstat. [Sed, postquam Iulianus ad disertum Severum scripsit, et sanctus ei bis respondit, 25 nec obsecutus est,] [4] et cum ita causa causae adiecta esset, quod Dominus noster effecit, [necesse fuit rem manifestari et errorem detegi.] [4] Ut autem Severi facundia, pulcritudo fidei eius verae, in lucrum prudentium et doctrinae amantium manifestetur, et quomodo ὑπόθεσις quae initio fuit se habeat, in capitibus sequen- 30 tibus huius ipsius libri IX epistulas quae ordine lectorem certiorem faciunt profero.

[1] Vel 'clauserunt'. — [2] δοῦξ. — [3] τύραννος. — [4] In ms. excidit; e MICH. addidi. — [5] Masc., sc. λόγῳ, si lectio vera est. — [6] *Prov.*, X, 14 (cf. SIR., XXXII, 17, syr.). Vide p. 51, l. 13.

CAPUT X, DE EPISTULA PRIMA IULIANI AD SEVERUM *SCRIPTA*, CUM PERCONTATIONE DE CORPORE CHRISTI.[1]

Apparuerunt hic quidam qui Domini nostri corpus corruptibile dicunt, testimoniis usi de sancto Cyrillo *sumptis*, primo
5 quidem de eis quae ad Succensum scripsit, dicens : « Post resurrectionem ipsum erat corpus quod passum erat, cum infirmitates humanae in eo iam non essent, sed incorruptibile esset »[2], — et ab hoc ostendere volunt *id* ante resurrectionem corruptibile fuisse, utpote nobis connaturale, post resurrectionem
10 vero incorruptibilitatem recepisse ; — secundo autem de eis quae ad Theodosium regem scripsit, dicens : *« Mirum ac stupendum * p. 103. est corpus corruptione praeditum sine corruptione surrexisse »[3]. Et ei excerptorum modo talia dicebant ; ego autem, qui totum locum protuli, operam dedi ut opinionem a multis doctoribus
15 *exhibitam* ostenderem. Attulerunt vero mihi et λόγον eius LXVII, qui ab eo de Virgine sancta Deipara scriptus est ; et *locum* continet « Corpus Domini nostri peccati corruptioni[4] quidem prorsus non subiectum erat, morti autem et sepulturae obnoxium fuit, quas in eo dissolvit[5] et abolevit »[6]. Et ego quidem id errorem
20 scribendi esse putavi. Ideoque ut contentio solvatur eo quod a te probemur misi quae scripsi[7] ; et patres nostros eis adhaesisse persuasum habeo. Et statim mihi scribe ut sciam qua opinione in his *rebus* utar ; quoniam nos id quod non corruptum est corruptioni obnoxium esse amplius dicere debere non puto. Et
25 precamini ut vita nostra gratiae Dei congruat.

ITEM CAPUT XI, ἀντιγραφὴ HUIUS EPISTULAE IULIANI QUAM SEVERUS AD EUM SCRIPSIT ITA :

Quod sanctitudinis tuae epistulam primum accepi, salutatione

[1] Hae epp. in vers. Pauli Callinicensis (Add. 17200 ; Vat. Syr. 140) etiam exstant. — [2] *Ep.* XLV (*P. Gr.*, LXXVII, 236). — [3] *De Recta Fide ad Theod.*, XXII (ed. PUSEY, VII, 68). — [4] Lege ܠܚܒܠܐ ܕܚܛܝܬܐ e MICH., PAUL. CALL., et SEV. (vide n. 6). Corr Kugener. — [5] Lege ܕܫܪܐ e MICH., PAUL. CALL., et SEV. (vide n. 6). Corr. Kugener. — [6] Hoc non de CYR., sed de ipsius SEV. *Hom.* LXVII (*P. Or.*, VIII, 358) citatum est (Kugener in *Rev. de l'Or. Chr.*, V, 477). PAUL. CALL. 'homiliam LXVII, quae de V. sancta et D. scr. est' sine pronomine. — [7] In citatione (p. 74) additur 'sed scrutare ea an sanctis Scr. consentiant', et similiter P. C. Hoc sensui necessarium est, sed in MICH. etiam deest.

quidem tua quae mihi optanda erat secundum morem meum gavisus sum. Quoniam [autem][1] me in ea hortatus es ut tomum[2] a te conscriptum quem cum ea misisti legam, contra eos quos dixisti de corpore Domini et Dei nostri Iesu Christi Salvatoris nostri opinari[3] et id corruptibile dicere, et ut *censuram eius scribam et ad amorem Dei qui in te *est* mittam a me postulasti, tibi oboediens haec prompte feci, vir qui locum e loco muto, nec tempus idoneum habeo, neque alia quae requiruntur. Attamen quoad scribi valebant scripsi, alia quidem eo quod *aliqua* de patrum doctrina memoria colligo, alia autem et de paucis voluminibus eorum quae hic praesto fuerunt. Scio enim, scio huiusmodi quaestionem et in urbe regia [fuisse,][1] et patrum citationibus quae a me factae essent inquisitionem ac contentionem finitam esse. Ideoque, quoniam in eis quae a te scripta erant aliquid haud conveniens mihi visum est, quoniam doctores ecclesiae sanctae qui variis temporibus *fuerunt* de his *rebus* aliter me instruxisse invenio, ea quae ipse scripsi sanctitudini tuae mittere cunctatus sum ut etiam iustum est, ne horum verborum disputatio contentio inter nos esse a quibusdam inscientia putetur; et, quamquam investigatio, ut cognovisti, quae amore habetur lucrum adfert, a quibusdam tamen altercatio esse putatur. Ergo quod tibi de his *rebus* placet statim mihi indica. Quod enim dilectioni tuae gratum est complere paratus sum, cum auctoritatem habeam verbum Apostoli qui dicit : « Quodcunque a vobis agitur in dilectione agatur »[4].

*p. 104.

CAPUT XII, EPISTULA SECUNDA IULIANI AD SEVERUM, HUIUS *EPISTULAE* PER ἀντιγραφὴν RESPONSUM.

Scripsistis *aliquid quod non conveniat in eis quae scripsi vobis visum esse. Et oportebat vos me epistula statim certiorem facere, et me cura liberare. Puto vero in omnibus quae scripsi me incorporationem de nobis *factam* revera confessum esse, et operam dedisse ut patres inter se consensisse ostenderem. Ut enim corruptibile et incorruptibile idem credamus et opinemur fieri posse non puto. Et, licet eum qui verberibus suis omnes sanavit[5] passibilem confiteamur, sed eum etiam passionibus

*p. 105.

[1] In ms. excidit ; e MICH. addidi. — [2] τόμος. — [3] Sic textus. — [4] I *Cor.*, XVI, 14. — [5] Is., LIII, 5.

praestantiorem atque altiorem esse cognovimus, et, si mortalem, sed eum etiam mortem conculcasse et per mortem suam vitam mortalibus dedisse confitemur. Ergo cura tantum me adfecistis eo quod dixistis me aliquid quod non conveniat scripsisse, nec me 5 certiorem fecistis quid sit, ut defensionem pro eo faciam. Sed inclinate et mihi scribite quid a patribus Athanasio [1] et Cyrillo et aliis dictum sit, quod et mentem vestram scire volo. Ego vero puto me patrum exemplum secutum esse, qui sibi ipsis aut alius alii contrarii non sunt, quemadmodum non Paulus qui dixit 10 salutem non esse ex operibus sed e fide [2] Iacobo qui dixit fidem sine operibus mortuam esse [3]. Non mutua repugnantia haec dixerunt, sed consentientes. Precare vero ut a Deo lucem accipiamus, neve passione voluntati nostrae cedamus, dum verbum concise nobis oriri facis. Sanctus Cyrillus scribit : « Haud facile 15 est nobis dicere corruptionem *carne quae Verbo adunata est *p. 106. unquam potiri posse » ; et post quinque lineas : « Mirum ac stupendum *est* corpus corruptione praeditum suscitatum esse » [4]. Et quae est sententia quam exhibet — quod his *verbis* non sibi contrarius *est* —, nisi corruptio naturae communis in his *verbis* ei 20 in mente fuit? Ipse enim infirmitates nostras sponte sua portavit [5], *id*que non necessitate naturae, et peccata nostra in corpore suo in lignum sursum tulit, eo quod nostro peccato mortuus est [6].

ITEM CAPUT XIII, HUIUS EPISTULAE ἀντιγραφή, AD EUNDEM IPSUM IULIANUM *SCRIPTA*, QUAE A SEVERO FACTA EST.

25 Res valde aliena mihi visum est quod dixit amor Dei qui in te *est*, eum cura multa adfectum esse, ubi quae scripsi tenui memoria recolui, cum petitionem tuam ego quidem ob nihil aliud reapse perfecerim, nisi ut te curae et perturbationis expertem redderem. Si enim percontationem et investigationem parvam 30 mihi misisses, brevi fortasse sermone usus responsum fecissem. Quoniam vero tomus [7] multarum linearum *est* et totum opus quod elaborasti [8] et mihi probandum misisti, cum omnia quae in eo *sunt* secundum vires meas consideravero, sententiam meam

[1] Ms. ‘Theodosio’ ; e MICH. et PAUL. CALL. correxi. — [2] *Gal.*, II, 16. — [3] IAC., II, 26. — [4] *De Recta Fide ad Theod.*, XXI, XXII (ed. PUSEY, VII, 66, 68). — [5] IS., LIII, 4. — [6] I PET., II, 24. — [7] τόμος. — [8] Vide *Journ. Theol. Stud.*, XVI, 263.

tibi claram faciam. Multa autem inveni de his *rebus* quae erga sanctitudinem tuam prompte facere oportet. Et me non mentiri audi [1] quae scripsisti ita : « Contentionis intellegendae causa misi quae scripsi. Sed scrutare ea an sanctis Scripturis consentiant ; quoniam patres nostros his consensisse puto. Scribe mihi qua 5
* p. 107. sententia * utar ». Cum ergo materiam multi sermonis mihi dederis quomodo ut paucis lineis et uno verbo, ut dixisti, multarum *rerum* mentionem faciam in epistula tua secunda a me postulasti ? quod multis verbis eget, et citationibus de [beatis] [2] patribus *sumptis,* qui in Deo moti sermonem fecerunt. Dixit 10 enim sancta Scriptura : « Dominus est qui intellegentiam et scientiam docet » [3] ; et rursus in alio loco : « Dominus sapientiam dat et a facie eius sunt scientia et perceptio ; et rectis salutem dat » [4]. Si enim sanctitudo tua et nos de his patribus ita ostendere studebimus eos alium alii haud contrarios esse, nihil est quod 15 nos impediet quin studiose probemus et sciamus eos in nulla re neque alium alii neque sibi ipsis unquam contrarios visos esse. Bene enim ac iuste dixisti doctores inter se haud contrarios esse, sicut non Paulum Iacobo, illum quidem cum dicat fide hominem iustificari sine operibus [5], hic autem scribat [6] fidem sine operibus 20 mortuam esse [7] ; quoniam Paulus de fide quae baptismum antecedit locutus est, quae confessionis consensum in corde puro habet, cum bona opera in mundo non prius ostendit, sed hunc iustificat cum credit et confitetur et baptizatur, Iacobus autem de fide baptismum subsequente dixit eam sine operibus mortuam 25
* p. 108. esse, nisi quis * eam recta opera confirmet. Baptismus enim conversationis bonae arrha est ; quoniam Dominus etiam qui nobis praeceptor fuit, cum aquam sanctificasset et a Iohanne baptizatus esset et nobis baptismi initium dedisset, in montem adscendit et tentatoris certamen accepit, et omnem potentiam 30 eius solvit, nobis exemplar factus ut sciamus post lavacrum divinum oportere nos operibus ἀγῶνα ostendere, et legitime cum adversario certare, virtutibus nostris ostensis. Sed contendet aliquis et dicet : « En ! Paulus Abraham pro argumento sumpsit hominem fide sine operibus iustificari, dicens : ‘ Ergo qui in fide 35

[1] Sic syr. — [2] In ms. deest ; e MICH. addidi. — [3] *Iob.*, XXI, 22. — [4] *Prov.*, II, 6, 7. — [5] *Rom.*, III, 28. — [6] Sic syr. — [7] IAC., II, 26.

sunt cum fideli Abraham benedicuntur'[1]; et 'Qui non operatur, sed credidit in eum qui peccatores iustificare potest, fides eius ei ad iustitiam aestimatur'[2]; et Iacobus per eundem Abraham ostendit hominem non fide tantum iustificari, sed operibus
5 ⌜fidem confirmantibus[3]. Et quomodo haec non contraria sunt? Idem Abraham exemplum est eis qui non operati sunt, sed crediderunt, et eis qui operibus fidem ostenderunt ». De sanctis Scripturis ostendere paratus sum. Qui enim tempora Abraham probabit eum utriusque *rei* exemplum esse [videbit][4], fidei quae
10 ante baptismum salutem confitetur eo quod in Christum credit; et eius quae post baptismum *est* operibus coniuncta, quae carnis circumcisionis antiquae praeputii infidelitatem pellentis repraesentatio est, et * nos Dei adoptioni adpropinquat. Quamobrem * p. 109. etiam Moses ita Pharaoni dicere iussus est : « Tu vero dic
15 Pharaoni, 'Filius meus primogenitus meus *est* Israel' »[5]. Propter hoc Paulus Colossensibus scribit, et dicit : « In eo circumcisi estis circumcisione non manibus *facta*, in exspoliatione carnis peccatorum et in circumcisione Christi, et cum eo in baptismo sepulti estis »[6]. Quapropter de Abraham dixit eum sine operibus fide
20 iustificatum esse, cum ipse in praeputio esset antequam circumcisus esset, confessionem significans quae baptismum antecedit sine operibus. Dixit enim ad Romanos scribens : « Abraham fides eius ad iustitiam aestimata est. Quomodo? Non de circumcisione, sed in praeputio »[7]. Nec mentitus est. Testificatur enim verbum
25 Mosis quod de Deo dicit eum Abraham dixisse : « Suspice caelum et numera stellas, si eas numerare potes »; et dixisse : « Sic erit semen tuum » ; et Deo credidisse Abraham, idque ei ad iustitiam aestimatum esse[8]. Ceterum et dux noster Iacobus eundem Abraham exemplum sumit in fide quae post baptismum operibus
30 salvum facit, cum iam circumcisus esset neque in praeputio esset. Et de Scriptura discere possumus. Ita enim scribit : « Vis*ne* scire, o homo, fidem sine operibus mortuam esse? quod pater noster Abraham ex operibus iustificatus est, cum Isaac filium suum in aram sublevavit. Vides fidem opera eius adiuvisse, et

[1] *Gal.*, III, 9. — [2] *Rom.*, IV, 5. — [3] V 'fide confirmatis'. — [4] In ms. excidisse videtur, sed ap. MICH. etiam deest; PAUL. CALL. (pro 'Qui – fidei') 'Unus enim A. in tempora separatus fidei utriusque figura est, et'. — [5] *Ex.*, IV, 22. — [6] *Col.*, II, 11, 12. — [7] *Rom.*, IV, 9, 10. — [8] *Gen.*, XV, 5, 6.

operibus perfectam esse, et Scripturam completam esse quae
*p. 110. dixisset: * ' Credidit Abraham Deo, et ei ad iustitiam aestimatum est, et amicus eius vocatus est ' »[1]. Facile est porro ei qui in Scriptura Mosis legit e libro Genesis discere Abraham postquam circumcisus esset Isaac in aram sublevasse et mandatum comple- 5 visse, et ex operibus iustificatum esse, exemplar nobis dantem ad fidem quae baptismum subsequitur, quae est circumcisio intellectualis, quae hominem operibus iustificat. Scriptum est enim circumcisum esse Abraham et Ismael filium eius, et vernas eius et qui de populis alienis pecunia eius empti essent; et 10 deinde Deum Abraham tentantem ei dixisse: « Sume filium tuum quem amas, Isaac, et vade in terram altam, et eum ibi *in* holocaustum offer »[2]. Ergo apostolorum *verba* et quae in νόμοις antiquis scripta sunt non inter se contraria esse videntur, sed unum esse, et ab uno spiritu dicta esse de fide baptismum 15 antecedente quae confessione tantum parva sine opera iustificat eum qui adpropinquat, cum baptismus plenitudinem salutis habeat, si de mundo statim decedet, et alia fide baptismum subsequente quae bonorum operum argumentum ab eo postulat, eumque ad mensuram perfectionis et gradum excelsum sublevat. 20 Ideoque et aptissime Iacobus de ea dixit fidem ex operibus perfici; quoniam sapiens Paulus etiam talia in alio loco docet
*p. 111. de fide * eam per opera perfici. Galatae enim, postquam baptizati sunt et inter filios Dei a Spiritu computati, ad iudaismum perversi sunt et circumcidebantur, cum frustra opinarentur se circumci- 25 sione carnis suae aliquid maius in Christo habere quam incircumcisos. Et scribit eos*que* increpat, dicens: « In Iesu Christo non circumcisio nec praeputium quidquam prodest, sed fides quae dilectione exercetur »[3]. Etiam ab hoc *loco* ergo manifestum est fidem quae baptismum subsequitur prodesse et salvum facere, 30 cui opus dilectione copulatum et coniunctum est. Et quid sit opus quod dilectione *peragitur,* Paulus refert et dicit: « Dilectio longanimis est, et suavis. Dilectio non invidet et agitatur et superbit aut pudore adficitur; nec sua quaerit neque irascitur, nec malum imputat; neque iniuria gaudet, veritate autem gaudet; 35 et omnia sperat et omnia suscipit. Dilectio non statim cadit »[4]. Haec

[1] Iac., II, 20-23. — [2] *Gen.*, XVII, 26, 27; XXII, 2. — [3] *Gal.*, V, 6. — [4] I *Cor.*, XIII, 4-8.

correctioni *sunt* operae et laboris et sudoris, ut multi proficiant et salvi fiant, fidei adunati. Et quis vituperare audebit? Quapropter et Dominus noster dixit: « Si me amatis, mandata mea servate»[1]. Quamadmodum igitur sanctae Scripturae et patres nostri nos
5 pariter docuerunt, ita et in hac quaestione eos qui non temere legunt eodem consensu docuerunt; quod de hac *re,* ut scriptum est, « Omnia intellegentibus ⌜nota sunt[2], et scientiam invenientibus recta »[3]; quae dilectioni tuae prudenter mittere studui ut christianos oportet. Quoniam vero a multis locis didici, [ut][4] mihi
10 scriptum est, te tomum[5] * operis tui non solum in urbe magna *p. 112. Alexandria sed et passim divulgasse, dilectione iterum misi, Christo Deo legislatori ut persuasum habeo consentiens, et fratri nostro presbytero Thomae scripsi ne meum opus divulget, sed apud se retineat; quoniam sperabam quasi consilio duorum ut
15 ex uno ore et *una* anima fore ut mea *scripta* et sanctitatis tuae cognoscerentur. Hoc enim modo doctrinam memorabilium Aksĕnāyā et Eleusini[6] episcoporum, et scripta quae θεωρίᾳ de fide fecerunt semel et bis probavi, nec quidquam in eis inveni quod ea declaravit quae cum disputaremus dilectione inter nos
20 fecimus, Domini nostri auxilio unum pariter opinantes. Nunquam enim aut scriptum aut librum protuli ut apud homines extra mensuram debilitatis meae famam vel favorem adipiscar, sed rectitudine evangelii secundum doctrinam et legislationem apostolorum. Verumtamen nec convenit hoc scilicet tempore ut
25 certamen contra haereticos *susceptum* omittamus, et nos alter contra alterum contendamus et scribamus, ne in nos adimpleatur verbum apostoli qui dicit: « Si alius alium mordetis et comeditis, videte ne alius ab alio consumamini »[7]. Huiusmodi contentiones eos qui Dominum nostrum diligunt totis viribus fugere oportet
30 et alium alium diligere, ut in Israel Dei pax abundet[8] et reddatur. Fraternitatem quae tecum *est* saluta. Quae mecum *est* te in Domino nostro adorat.

Cum Iulianus hanc etiam epistulam ab * hoc diserto Severo *p. 113. recepisset, multum infremuit, et furore adfectus est; et scripsit

[1] Ioh., xiv, 15. — [2] A ' nota fecit '. — [3] *Prov.*, viii, 9. — [4] In ms. excidit; e Mich. addidi. — [5] τόμος. — [6] Sc. Eleusinii ep. Sasimae (Sev., *Select Letters*, VI, i, p. 93, 321; *P. Or.*, XII, p. 201; Theoph., A. M. 5999). — [7] *Gal.*, v, 15. — [8] *Ibid.*, vi, 16.

dicens se ab eo annum unum et mensem repulsum esse, neque eum honorem eius respexisse seque delusum esse [1]. Et tunc rursus scripsit Severus librum quendam magnum, citationibus doctorum verorum sanctae ecclesiae abundantem, qui dicunt corpus Christi, quod de nobis sumpsit, passionibus haud repre- 5 hendendis obnoxium fuisse praeter peccatum usque ad resurrectionem. Et ob hanc rem ut cognoscatur epistulas supra *datas* prudentibus exscripsi. Fuerunt multa scripta ad Iulianum et Felicissimum et Romanum et alios adseclas eius, in quibus est plenitudo multa ad profectum in disputatione doctrinae aman- 10 tibus. Et sagacibus partis verae de incorporatione Salvatoris nostri fidei et intellegentibus nota facta sunt, et simplices servati et eruditi sunt quominus eutychianistae fierent, et praesertim monachi.

CAPUT XIV eiusdem libri IX, de στάσεως quae Constantino- 15 poli facta est, et quomodo Hypatius et Pompeius occisi sint, et δῆμος multus in ἱππικῷ trucidatus sit.

Anno δεκάτῳ caedes non suffecit quam fecerunt Hunni multi qui terram Romanorum invaserunt et damnum fecerunt et multos qui in χώρᾳ inventi sunt occiderunt et incenderunt, ut 20 supra scriptum est, sed et in urbe regia multi ibi perierunt in στάσει quae facta est. Cum enim Iohannes Caesarea *oriundus* *p. 114. cappadox ibi ὕπαρχος esset, occasionibus quas machinatione [2] *et fallacia usus sedulo contra nonnullos faciebat ibi et in urbibus diversis, a cunctis ταγμάτων tum primoribus tum artificibus 25 aurum multum regis gazae colligebat. Et in palatio [3] audiebatur, et omnibus terribilis erat, quod hac παῤῥησίᾳ apud regem utebatur ut multos criminaretur ; et adulatores et λοίδοροι (?) [4] ei adhaerebant. Et erat ibi in urbe regia populus haud parvus ex omni loco qui eum accusabat, et μέρων alterutri favebat ac 30 suffragabatur. Propter haec ἐκβοήσεις in eum et in regem fiebant; et μέρη dies complures inter se concordia facta sunt et consenserunt ; et tabernae clausae sunt. Et inceperunt rapinae omnium *rerum* quae inveniebantur et incendia fieri ; et rex territus est

[1] Locus obscurus. — [2] Vide p. 27, n. 2. — [3] παλάτιον. — [4] Sc. ‘delatores’ (?); cf. p. 87: λουδάριοι locis non convenit.

et denique palatium[1] clausum est. Et factiones in ἱππικὸν congregatae sunt et στάσιν magnam fecerunt; et de Hypatio clamabant ut rex fieret; sin autem, se urbem incensuros. Et Hypatius coactus est, et exiit; et Pompeius ei adhaerebat. Et militum
5 cuiusdam torquem ceperunt, et capiti eius imposuerunt, eumque regem inthronizaverunt; et ei adclamaverunt eumque laudaverunt. Et, cum hoc factum esset, consilio quorundam magnae ecclesiae urbis ignem iniecerunt, ut re funesta audita populus congregatus diffugeret; quoniam rex Iustinianus sollicitus erat,
10 et in palatio[1] territus est. Et Mundus quidam στρατηγὸς et exercitus eius ibi praesto erat: et mandatum accepit ipse et scholarii et exercitus qui praesto fuerunt[2], et portam ἱππικοῦ clauserunt[3], et cuncta τάγματα quae ibi praesto fuerunt trucidabant et occidebant, et e caede fugere et evadere non erat;
15 et plus quam octoginta milia hominum in hac στάσει ibi perierunt. Et denique comprehensi sunt Hypatius et Pompeius, et coram * rege intraverunt. Et, quod rem intellexit, viris parcere voluit et non potuit; coniux enim eius indignabunda per Deum et per eum iuravit, eumque adiuravit etiam ut viri occiderentur;
20 et ad mare missi sunt et in id occisi[4] et iacti sunt.

* p. 115.

CAPUT XV DE EPISCOPIS FIDELIBUS, QUI AB ἐξορίας IN URBEM REGIAM REVOCATI SUNT, ET EXPOSITIONEM DE FIDE SUA REGI DEDERUNT; QUAE ITA SE HABET:[5]

Alii quidem diversi laudationum coronis caput tuum fidele,
25 o rex victor, coronant, qui ex aliis verborum de beneficiis tuis in eos *conlatis* scribendorum occasionem sumunt. Nos autem qui praestantiam tuam [adorare][6] meruimus corona gloriae quam cum splendore teximus tibi gratias agimus. Et, cum in deserto essemus, et ut ita dicamus in ipso fine orbis iam diu quieti
30 habitaremus, pro maiestate tua et pro peccatis nostris Deo bono ac misericordi talibus diebus supplicantes, tranquillitas tua ad vilitatem nostram inclinata est, et litteris suis fidelibus nos ad se

[1] παλάτιον. — [2] Sic syr. — [3] Vel 'occupaverunt'. — [4] Sic syr. — [5] Init. huius petitionis alia versione in Cod. Rendel Harris (RH) 20, f. 40 v°, continetur, qui in Bibl. Semitica Universitatis Harvard in America est. Textus phototypiam perhumane mihi faciendam curavit v. cl. L. H. Titterton. — [6] In ms. excidit; e MICH. addidi.

vocavit. Et res nobis miraculo est quod ⌜petitione nostra non exspectata hanc accepit[1], sed e benignitate ei innata nobiscum compassa est, ⌜qui adflictiones aliquas (?) sustinueramus[2], *id* obtendens quod hic vel ille pro nobis deprecatus esset. Nos autem
*p. 116. quoniam oportet nos *iussos parere desertum statim reliquimus, 5
et, cum tranquille cum quiete iter fecissemus nec vox nostra audiretur, ad pedes tuos pervenimus, et Deum donis locupletem oramus ut serenitatem tuam et reginam Dei amantem bonis muneribus supernis nostram vicem ipse remuneretur, et pacem et res prosperas vobis adsignet, et omnem populum rebellem pedibus 10
vestris scabellum subiciat. Verumtamen cum advenimus fidei nostrae verae expositionem clementiae tuae offerimus, dum verbum contra quenquam in ulla re facere nolumus, quod non expedit ut scriptum est[3], ne aures vestras vexemus. Difficillimum enim est cuivis mentibus contentiosis persuadere, quamvis et 15
veritatem lucidam faciat. Ideoque ut dixit [apostolus][4] contra contentiosos qui magistros non accipiunt disputationem detrectamus. Dixit enim dux noster apostolus, « Nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei ».[5] Ergo, rex victor, libertatem fidei nostrae nunc quoque notam facimus ; quamquam 20
et in deserto, cum mandatum vestrum per Theodotum ducem[6] accepissemus, scripsimus et quidnam opinaremur notum fecimus, et maiestas vestra promissum verax incolumitatis nobis dedit, dum misericorditer movemini et nos ad vos vocatis. Et, cum misericordias Dei in hac *re* meruerimus, fidelitatem vestram 25
docemus nos gratia Dei fidem apostolorum a tenerrimis unguibus accepisse, et in ea et cum ea crevisse, et ita opinari et credere
*p. 117. *ut patres nostri Deo vestiti sancti CCCXVIII qui fidem vitae ac salutis conscripserunt ; quam CL patres nostri sancti confirmaverunt qui hic quondam collecti sunt, et ratam habuerunt qui 30
Ephesi convenerunt sacri episcopi et Nestorium impium eiecerunt. Ideoque in fide apostolorum baptizati sumus et baptizamus, et sententia haec salutaris in cordibus nostris fundata est, et hanc

[1] Sic. ms. et MICH. ; RH ' ne morata est quidem *ut* petitionem nostram recipias '. Vide Corrigenda ad textum. — [2] Sic ms. et MICH. ; RH ' mala tolerantibus ' (κακοπαθῶν ?). Vide Corr. ad textum. De sensu vocis ܐܘܠܨܢܝܢ vide p. 13, n. 4. — [3] *Tit.*, II, 9. — [4] In ms. excidit ; e MICH. et RH addidi. — [5] I *Cor.*, XI, 16. — [6] δοῦξ.

ipsam doctrinam solam ut regulam in fide novimus, neque praeter eam aliam accipimus, quoniam omnibus modis integra est, nec senescit, nec renovatione eget. Confitemur vero Trinitatem adorandam et sanctam connaturalem [unam][1] potentiam
5 et *unum* honorem, quae tribus hypostasibus cognoscitur. Patrem enim adoramus, et Filium eius unicum Deum Verbum qui supra tempora aeterne ab eo genitus est, et cum eo semper sine variatione est, et Spiritum sanctum qui a Patre procedit, et Patri et Filio connaturalis est. Unam ex hypostasibus huius sanctae
10 Trinitatis, hoc est Deum Verbum, dicimus voluntate Patris, ultimis diebus, propter salutem hominum e Spiritu sancto et e sancta Virgine Deipara Maria incorporatum esse corpore anima rationali et intellectuali, passibili nobis connaturali, animato, et hominem factum esse, neque ab eo quod erat mutatum. Ideoque,
15 dum deitate Patri connaturalis est, confitemur eum humanitate nobis connaturalem factum esse. Ergo qui completus est Verbum Dei Filius * immutabiliter homo perfectus factus est, nec quidquam nobis in salute nostra omisit ut dixit stultus Apollinaris, humanationem Dei Verbi haud completam fuisse, et *rebus* quae
20 in salute nostra principales sunt secundum sententiam suam nos multat. Si enim mens nostra in eo non adunata est ut garrit, ergo non salvi facti sumus, et quod ad salutem a rebus quae in nobis praecipuae sunt lapsi sumus. Sed haec non sunt ut is dixit. Deus enim perfectus propter nos homo perfectus sine variatione
25 factus est, nec Deus Verbum in humanatione quidquam omisit, ut ipsi diximus, neque etiam eam simulacro effecit ut impius Mani putat, et Eutyches deceptor. Et, quoniam Christus veritas est, mentiri nescit nec decipit quod Deus est et Deus Verbum vere incorporatus est, veritate nec rursus specie, passionibus
30 naturalibus et non reprehendendis ; quod ipse sponte sua inter ea quae in carne passibili nobis connaturali accepit ipsam etiam mortem nostram sponte sua [2] pro nobis sustinuit, quam resurrectione Deum decente nobis vitam fecit ; quod incorruptibilitatem et immortalitatem naturae humanae primo restituit. Et
35 nimirum, quemadmodum Deus Verbum incorporationem et humanationem non minuit nec simulacro effecit, sic eam in duas

* p. 118.

[1] In ms. excidit ; e Mich. addidi. — [2] Ita in syr. iteratum.

hypostases et duas naturas non divisit, secundum doctrinam quam Nestorius hominis timens induxit, et qui aliquando sicut is opinati sunt, et qui hodie opinantur. Et horum doctrinam (*p. 119.) fides * confessionis vestrae dissolvit et cum ea pugnat ; quoniam ⌜studio vestro[1] ita dixistis : « Deus apparuit qui incarnatus est. Qui in omni re ut Pater est praeter paternitatis proprietatem nobis connaturalis factus est, et Filius hominis vocatus est. Unus atque idem Deus et homo nobis apparuit et infans pro nobis natus est ; et dum est Deus hominibus et propter salutem eorum homo factus est »[2]. His *rebus* si revera adhaererent, nec σχήματι tantum *eas* opinari vellent qui contra nos contenderunt, μᾶλλον vero ut nos et ut vos et ut sancti Deo vestiti patres nostri credere dignarentur, hac pugnae comparatione temperarent. Christum enim compositum fuisse, et Deum Verbum corpori anima rationali atque intellectuali animato compositum exstare sapientissimi ecclesiae doctores clare dixerunt. Dionysius qui ex Ario Pago, qui a tenebris et errore paganismi ad lucem primam scientiae Dei per ducem nostrum Paulum [perductus est et][3] pervenit, in opusculo quod de divinis sanctae Trinitatis nominibus fecit dixit : « Cum eam ut benignam glorificamus eam benignam esse dicimus ut oportet ; quoniam nostra revera in una ex hypostasibus suis complete participavit, dum exiguitatem humanitatis nostrae ad se trahit et sublevat e qua, modo ineffabili, simplex Iesus compositus est et substantiam temporalem sumpsit, qui ab aeterno et supra tempora est, et in similitudine naturae nostrae factus est (*p. 120.) sine variatione et confusione, qui * cunctis ordinibus et naturis melior et altior est »[4]. Et Athanasius porro in opusculo de fide Dei Verbi cum carne animata unionem compositionem nominavit, ita dicens : « ⌜Quae est coniunctio cum infidelitate eorum qui[5] pro incorporatione inhabitationem dicunt, et pro unione et compositione operationem humanam ? »[6] Si igitur secundum sanctos patres nostros, quos clementia vestra secuta est, qui antea simplex et incompositus *erat*, Deus Verbum, e Virgine Deipara Maria incorporatus est, et carnem animatam atque intel-

[1] MICH. ‘ scriptis vestris ’. — [2] Haec de ep. ad episcopos missa fortasse sumpta sunt. — [3] In ms. deest ; e MICH. addidi. — [4] *De Div. Nom.*, I, IV (*P. Gr.*, III, 592). — [5] Ps.-ATH. ἐχώρησαν ἐκ του ... ποίᾳ ἀκολουθίᾳ εἰς ἀπιστίαν κ. οὗτοι. Καὶ — [6] *Quod unus sit Chr.*, II (*P. Gr.*, XXVIII, 124).

lectualem sibi hypostatice adunavit, eamque suam fecit et ei dispensatione compositus est, manifestum est secundum patres nostros oportere nos Dei Verbi qui incarnatus est [et][1] complete humanatus unam naturam confiteri. Deus Verbum ergo qui antea
5 simplex *erat* in corpore compositus esse non agnoscitur, si post unionem rursus dividitur eo quod duae naturae dicitur. Quemadmodum autem homo communis, qui naturis diversis constitit, anima et corpore et ceteris, in duas naturas non dividitur quoniam anima cum corpore in unius naturae et hypostasis
10 hominis substantiam composita est, sic et Deus Verbum, qui carni animatae hypostatice adunatus et compositus est, in duas naturas aut in duabus *naturis* non dividitur propter unionem et compositionem suam cum corpore *effectam*. Voluit enim secundum verbum patrum nostrorum, quos timor Dei qui in
15 vobis *est* secutus est, Deus Verbum qui antea simplex erat carni animatae et intellectuali propter nos componi, * et immutabiliter homo fieri. Ergo una natura et hypostasis Dei Verbi qui incarnatus est glorificatur, et una est operatio quae agnoscitur Dei Verbi *rerum* altarum et splendidarum et Deum decentium, et
20 humilium etiam et humanarum. Quomodo ea quae Leo in Tomo scripsit ipse et sectatores eius his *rebus* contraria nonnulli detrectare non valent et student ?

*p. 121.

Et χρήσεις eius protulerunt, et Nestorii et Theodori et Diodori [et Theodoreti et synodi][1] Chalcedonis, qui duas naturas post
25 [unionem et][1] incorporationem Dei Verbi dicunt, et duas hypostases. Et confutationem harum *rerum* fuse fecerunt citationibus de patribus *sumptis*, qui contra haec identidem opinati sunt et unam naturam et hypostasim Dei Verbi in ecclesia docuerunt [qui][1] immutabiliter revera humanatus esset et homo perfectus
30 factus esset, et idem Deus perfectus mansisset ; quas hic exscribere praetermitto propter multitudinem earum et quod in operibus contra diphysitas scriptis passim inveniebantur. Et fine δεήσεως suae ita dixerunt :

Et propter hoc nos nec Tomum nec definitionem Chalcedonis
35 accipimus, o rex victor, quia canonem et νόμον patrum nostrorum custodimus qui Ephesum congregati sunt et Nestorium anathematizaverunt et gradu summoverunt, et constitutum fecerunt

[1] In ms. excidit ; e MICH. addidi.

*p. 122. 'Qui * aliam fidei definitionem facere audent praeter *definitionem* Nicaeae quae in Spiritu sancto recte et fideliter condita est, hos respuimus et anathematizamus'[1]. Et hanc definitionem et *hunc* canonem qui Chalcedone congregati sunt contempserunt et transgressi sunt, ut in πεπραγμένοις eius synodi indicant[2], et poenae ac reprehensioni patrum nostrorum sanctorum subiecti sunt quia definitionem fidei novaverunt, quae veritati doctrinae eorum qui identidem ecclesiae doctores pure fuerunt contraria est ; quos nunc etiam ⌜clementiam tuam[3] nobiscum orare credimus ut fidei eorum veritati succurrat dum sacerdotii eorum ἀγῶνας honorat, quibus ecclesia exaltata et glorificata est. Ita enim pax in regno vestro regnabit potentia dextrae Dei omnipotentis ; cui pro vobis supplicamus, ut sine labore et armorum certamine hostes vestros pedibus vestris scabellum subiciat.

Et cum litterae huiusmodi defensionis pro fide *factae* regi datae essent et lectae, et tempore haud parvo unius anni et amplius multa ab episcopis fidelibus dicta essent qui regis mandato illuc ad urbem regiam collecti sunt, ut supra scriptum est, Iohanne diserto archimandrita filio Aphthoniae eos comitante, qui ipse ea perscripsit, synodum Chalcedonis rex ecclesia non expulit, dum sanctum Severum summum sacerdotem litteris vocat, qui in locis diversis latebat. Et, quod ⌜ad regem mittens[4] ad eum
*p. 123. venire detrectavit, episcopi * quidem fideles qui Constantinopoli fuerant reversi sunt, unusquisque eorum eo quo volebat sese absconditurus quemadmodum sibi expedire iudicavit. Et tunc aliquanto post τρισκαιδεκάτῳ post multas regis litteras sanctus Severus etiam ad eum pervenit, et receptus est et in palatio[5] fuit, usque ad ādhār τεσσαρεσκαιδεκάτου, episcopis undique diphysitis perturbatis et exacerbatis itemque agitatis, et praesertim Ephraim Antiochiae, donec studio suo Agapetum summum sacerdotem Romae adseclam suum ad urbem regiam vocaverunt et arcessitum adduxerunt. Porro quomodo et quid acciderit in capite quod infra scribam indicabitur[6].

Caput[7] xv de monachis qui Constantinopolim congregati sunt finitum est.

[1] Mansi, IV, 1364. — [2] Id., VII, 456. — [3] Ms. 'Christum'; e Mich. correxi. — [4] Ms. 'regem repudians'. — [5] παλάτιον. — [6] Cap. xix. — [7] Ms. 'petitio' vel 'quaestio'. Talis finis in I, vi, vii, viii, ix ; II, v ; IV, vi, tantum occurrit.

CAPUT XVI EIUSDEM LIBRI IX INDICAT DE SEVERI DEFENSIONE IN EPISTULA QUAM AD URBEM REGIAM ADVENIRE DETRECTANS REGI ITA SCRIPSIT.

« Verbum qui ab aeterno *est* Patris Filius Dei qui novissime
5 incorporatus est nec mutatus est, et complete porro humanatus
est per Spiritum sanctum et Mariam Virginem sanctam Deiparam,
et in omnibus rebus nobis vere similis factus est praeter peccatum, doctrinam suam salutarem ubi discipulis suis in parabolis
tradidit, semen quod ex ea *procedit* [sevit][1], ut et ipsi et
10 quicunque in orbe universo verbum per eos recepturi erant,
quidquid boni ex eo germinaturum erat, iustitiae * et operum *p. 124.
piorum, hoc non sibi sed potentiae eius qui principio sevit
quasi per gratiam adscriberent, et, vocibus fortibus et vehementibus quando inter valles praeruptas et scopulos et rupes saxeas
15 in deserto vocarentur [2], dicta emitterent. Sic igitur et imperium
vestrum serenum semen benignitatis in vilitate mea sevit, et has
litteras de me germinare fecit non ut audaciae prolem ; quomodo
enim *fieri* poterat ut voci potenti ac vehementi maiestatis vestrae,
quae a me audita est, dictum a me non daretur ? Cum enim qui
20 vilitatem meam acerbe calumniati sunt se ex omni parte portas
in faciem meam sine misericordia clausisse putassent, tum, velut
miraculo insperato, vos me per litteras vestras ad vos vocatis,
virum qui quasi ab adversariis pellitur et extruditur. Et hoc Dei
imitatio est qui eis quos hostes persequebantur qui se ab eis
25 conclusos et comprehensos esse putaverunt viam latam salutis
dat sapientia sua ac potentia magna dignam, quae miraculum in
Pharaone effecit qui eos post tempus longum subiectionis eorum
dimisit, [et][1] rursus eos persecutus est, ut in iugi sui duri
servitium eos redigeret, et cum equitibus suis eos in deserto
30 Maris Rubri [3] circumdedit, et viam concludebat dum mente sua
putat et dicit : 'Hi in terra errant ; conclusit enim eos desertum' [4].
Sed Deus mirabilis eis qui se a bellatoribus conclusos esse
putaverant viam gratiae maris aridam fecit, ut per eam * pedibus *p. 125.
transirent ; qui Mosi mandavit ut virgam super mare elevaret,
35 et divideretur. Ideoque his *rebus* similiter et vos mare in deserto

[1] In ms. excidit. — [2] Ms. 'clamarentur' (?). Locus obscurus est. — [3] Syr. 'suph' (papyri). — [4] *Ex.*, xiv, 3.

situm quod me concluserat baculo pacis maiestatis vestrae divisistis, et per viam qua transitum non esse videbatur me rursus transire fecistis. Et serenitatis vestrae magnum documentum *est* quod iuramento etiam vestras ad me litteras sine dubitatione fecistis, mihi incolumitatem polliciti ; in hac *re* etiam Dei 5 exemplo ; quoniam is quoque ad debilitatem hominum inclinans promissa sua cum iuramento saepe emisit ut docet Scriptura, et Paulus eius *rei* mentionem fecit dicens : « Quando Deus Abraham promisit, quoniam nihil se maius habebat per quod iuraret, iuravit per se et dixit : Benedicens benedicam tibi, et multipli- 10 cans multiplicabo te »[1]. Audeo vero vilis dicere me tali ἀσφαλείας non eguisse, verbo ex ore vestro procedenti soli confisum, id mihi custodiam esse completam, ut dixit sapiens Quhlath : 'Os regis observa, neve propter verbum iuramenti Dei operam des'[2]. Fiduciam autem experientia habeo ex ipsis operibus quae clemen- 15 tiam vestram et inclinationem etiam ad misericordiam quae animae serenae est magis quam iuramentum revera testificantur. Statim enim ut regni curas accepistis, omnia τάγματα in ἐξορίᾳ relegata tristitia solvitis summos sacerdotes et primores et *p. 126. plebem, cum ad eum spectaveritis qui ortu solis sui, * et pluvia 20 et aere[3] temperato quem dat, et ceteris *rebus* quae ad hominum vitam requiruntur et conducunt, homines pariter honorat. Sed non essentiae meae obliviscar et efferar, dum de largitate fluminis huius divitis serenitatis vestrae bibo, sed quae in mea ipsius mente *sunt* mihi propositum est indicare. Vereor enim ne, si 25 exiguitas mea aperte in urbe regia appareat, multi agitentur, et cum revera nihil sim nisi tantum *homo* vilis huic gravi peccatorum iugo ligatus, ne multi si hoc audient infremant et hac cura contemnenda ut parvo ignis carbone exardescant, *ita* ut etiam imperium vestrum propter eius in me dilectionem molestent ac 30 vexent; et puto fore ut vobis haud decens videatur neque aliis expediens. Hoc vero dixi, non quasi contra imperium maiestatis vestrae valerem — scriptum est enim 'Quando rex iustus in solio sedebit, nihil malum contra oculos eius surgit'[4], — sed, quoniam persuasum habeo, quemadmodum haec potentia gratia superna 35 vobis adhaereat, ita vos intellegentia et sapientia amictos esse,

[1] *Hebr.*, VI, 13, 14. — [2] *Eccl.*, VIII, 2. — [3] ἀήρ. — [4] *Prov.*, XX, 8.

nec per hunc gladium sed sollertia regno conveniente multa facere studere. Et hoc de Scriptura edocemur quae dicit : 'Rex sapiens impios evannat et dissipat'[1]. Et quemadmodum eis qui evannant vento qui flat stramentum a tritico[2] separare facile
5 est, ita et serenitati vestrae, domine, corde quod omnia considerat et misericordia patris mansueti *vobis subiectos ab adver- *p. 127.
sariis separare proclive est, ut ecclesiae in unione miserationem mereant. Scio enim propter hoc vos ut et debilitas mea etiam ad pedes vestros accederet decrevisse, quoniam cum etiam sacros
10 Orientis episcopos [vocassetis][3], qui pro salute et custodia maiestatis vestrae precantur, et cum hoc litteris vestris dignum existimassetis, hi quoque, cum id quod eis visum est vobis scripsissent, debilitatem meam hanc vestram voluntatem docuerunt, ut secundum ecclesiae morem oratione pro vobis *facta* vos
15 adiuvemus adhortati. In urbe vero vestra magna Alexandria nihil a me factum est eorum quae mendaciter in me dicta sunt. Et mihi facile est λοιδόρων (?)[4] stultitiam ostendere ; nam me calumniati sunt dicentes auro multo quod in ea distribuissem me στάσεως discordiam excitasse. Et eis qui me valde oderunt
20 hoc notum est, me aliorum peccatorum passionibus involutum argentum cito colligere non quaerere, nec de facilibus reditibus ; sed βίος meus ut de more pauper est, ita ut neque episcopatus inclitus me ab hoc retraxerit. Quemadmodum enim sacerdotio fungi eodem modo pauperes esse mos est sacerdotibus decorus.
25 Quapropter νόμος etiam qui per Mosem datus est mandavit ut tribus Levi quae selecta erat hereditatem in terra non haberet, sed oblatio separata in victum eius necessarium sufficeret[5], cum viduis et inopibus et orphanis his *rebus* sociata, quoniam paupertati adsueti sunt, dicens : 'Et veniet Levita qui tecum
30 partem et hereditatem non habet, et advena et orphanus et vidua, qui in pagis tuis *sunt,* et comedent et gaudebunt, ut Dominus Deus tuus tibi benedicat in omnibus operibus tuis quae ipse *facies'[6]. Quoniam autem ut scriptum est *p. 128.
'Labia recta regi accepta sunt, et sermonem aequum diligit'[7],
35 imperium vestrum a rectoribus quondam qui Alexandriae *fuerunt,* et nunc a τάξεως eorum quos nihil latet, discere potest an tale

[1] *Prov.*, xx, 20. — [2] Ms. 'peccatoribus'. — [3] In ms. excidit. — [4] Vide p. 78, n. 4. — [5] *Deut.*, xviii, 1. — [6] *Ibid.*, xiv, 28. — [7] *Prov.*, xvi, 13.

quidquam etiam verbo tenus a me factum sit, aut auditum, ut in me mentiti sunt et me calumniati sunt. De his vero ipsis λοιδόρων (?)[1] ego nihil dicam, quoniam scientiam vestram non latet quales sint. Iudicium autem cum eis a me exspectatur, ubi ab hoc laboris mundo separati erimus, coram βήματι Christi, in quo[2] sermonis vani et cogitationis inanis rationem dabimus, et praesertim nos episcopi quibus multum commissum est[3] iudicabimur, quamvis et hic *rebus* corporeis delectemur et ludamus. Quod si qui turbulentiam vocant quia ad Iulianum Halicarnassi episcopum scripsi qui ad haeresim manichaeorum perversus est, et salutares Christi Dei magni passiones voluntarias phantasia[4] tenet, decem milibus orum ac linguarum confiteor, nec quae scripsi abnego, ut nemo me fidem meam confestim abnegare iubebit. Hoc enim et fidei vestrae *bonum* videbitur, quae plus quam mundi negotia operam dat ut quae ad Spiritum pertinent praevaleant. Nec voluntate mea vel a me ipso impulsus haec feci, sed valde ab eo solicitatus sum ut scribam eo quod me doctrinae eius adseclam esse putaverat. Cum enim quae ad me misit perlegissem — et Alexandria remotus sum, — in eis quae scripsit nomine incorruptibilitatis velut pelle *ovina eum Mani blasphemias obumbrare inveni. Ut multa sine mentione omittam, scripsit hic vir stultus, qui labiis tantum passiones confitetur, dum impietatem suam tegit, ita: 'Si corpori Domini nostri pro aliis sponte sua passibili incorruptibilitas semper adhaerebat'. Et dilectione fraterna eum rogans scripsi: 'Quid est quod dixisti « incorruptibile » et « sponte sua pro aliis passus est » et « Domini nostri corpori adhaerebat », si natura passibile sine fallacia confiteris? Si enim sanctitatem sine peccato incorruptibilitatem quam haberet dixisti, omnes hoc tecum confitemur, corpus illud sanctum ex utero, quod primo per Spiritum sanctum e pura Deipara Virgine sibi adunavit, sine peccato in carne conceptum et natum esse et nobiscum hominibus conversatum, quoniam 'peccatum non fecit, neque inventus est dolus in ore eius'[5], secundum Scripturarum testimonium. Quod si impassibilitatem et immortalitatem incorruptibilitatem vocasti et dicis corpus quod in carne pro nobis passum est non id fuisse quod passionibus voluntariis in carne

* p. 129.

[1] Vide pag. 78, n. 4. — [2] Sic. — [3] Luc., xii, 48. — [4] φαντασία. — [5] I Pet., ii, 22.

pati ac mori naturaliter posset, passiones salutares pro nobis *susceptas* ad phantasiam[1] redigis. Id enim quod non patitur etiam non moritur, et est id quod pati naturaliter non possit'[2]. Et, cum huiusmodi commonitiones a me accepisset, sanctum Emmanuel corpus passionibus voluntariis passibile dicere aperte abnuit. Et haec proinde sine pudore aperte scribere non timuit: 'Nos non dicimus passionibus nobis connaturalem, sed ipsa οὐσίᾳ. Ergo etsi impassibilis et etsi incorruptibilis ipsa natura nobis connaturalis est'. » *Et cetera ineptiarum erroris Iuliani quae in epistula longo sermone continentur nunc ea[3] scribere praetermitto, quod in libris multis quos hic sanctus Severus contra Iulianum fecit inveniuntur. In fine vero eiusdem epistulae scripsit dicens: « Ita igitur supplico et pedes vestros comprendo, repetito iterum sermone, ut exiguitatem meam relinquatis, neve me rursus inter homines protrahatis, quod corpore atque anima iam langui et debilis sum, quoniam verum est verbum Scripturae quod dicit: 'Anima plagis (?)[4] cadit'. Et multi nunc albi capilli in capite meo sunt quae mihi de morte et vitae huius fessae exitu testificantur; et optimum mihi et expediens esse videtur ut in γωνίᾳ abscondite sedeam, et animae a corpore separationem in mente teneam, domum sepulcri mei exspectans: 'Domus enim omnis qui moritur terra est'[5] ut dixit Iob; quoniam ceterorum animalium quae in terra vivunt crinis non mutatur; animalis autem hominis huius rationalis, quoniam ad iudicium venire debebat et de operibus eius in mundo futuro *ratio* ab eo postulari, postquam ad senectutem pervenit capitis crinis albus *est*, huiusmodi σχήματος ei proclamante, *eum*que, quod ad eos qui tardati sunt attinet, ut opera sua discessu suo paret adhortante. Et Scriptura etiam ei testificatur: 'Leva oculos tuos, et vide agros eos albos factos esse, et ad messem maturos'[6]. Animae enim a corpore separatio revera messis est, et quasi falce eam de eo tondet et tondetur[7]. Quare imploro ut imperium vestrum hanc quidem [rogationem][8] mihi concedat, [quoniam][8] *abscondite ubi sum vitam degere mihi

* p. 130. * p. 131.

[1] φαντασία. — [2] *Ep.* iii ad Iul. (Add. 17200, f. 17r°). Textus ab hac citatione valde discrepat. — [3] Sic syr. — [4] Vel. 'sugillationibus'; vide pt. I, p. 52, n. 2. Citationem non inveni. — [5] *Iob*, xxx, 23. — [6] Ioh., iv, 35. — [7] Vel 'orba fit'. — [8] In ms. excidisse videtur; coniectura addidi.

facile est ; quoniam ceteros meos in mundo dies latenter quasi in γωνίᾳ vixi. Talis enim vita monachi est. Christus Deus super omnia vobis dominium in hostes vestros det, cum pace completa et concordia ecclesiarum, ut hac *re* quoque coronemini. Et, si quid a me in his litteris petitionis meae delictum vel praesumptum est, oro ut sicut cetera mihi ignoscatis. Regi enim Christi amanti optimum est malum in bono vincere ut dixit apostolus[1]. Quod cum reapse ostendatis, recte victores vocamini ».

Severi subscriptio in eadem epistula :

« Trinitas unica — hic enim Deus noster est — fidelitatem vestram multos annos conservet dum imperium πολιτείας Romanorum pacatum redditis, et cunctum populum Romanorum et barbarorum[2] vobis subiciat; et per vos sanctis ecclesiis in fide sana concordiam completam det, et in regno caeli vos coronis dignos existimet. »

Mansit autem sanctus Severus post hanc epistulam usque ad τρισκαιδέκατον et deinde ad urbem regiam advenit, quoniam regis litterae eum urgebant.

CAPUT XVII de Africa, quae per Belisarium στρατηγὸν subiugata est.

Cum aestate ἑνδεκάτου per Rufinum et Hermogenem μάγιστρον secundum pactum scripto *mandatum* inter Romanos et Persas Domini nostri auxilio pax facta esset, et στρατηγοὶ et exercitus Romanorum qui in Oriente *fuerant* ad urbem regiam pervenissent, *culpam a rege accipiebant, et ab eo reprehendendi habebantur, quod non sicut eos magnificasset et exaltasset se fortes et sagaces in certamine contra Persas *inito* praestitissent ; et praesertim Belisarius quippe cum periisset exercitus qui cum eo *fuit* qui pugna apud Tanurin et apud Euphratem superatus esset ; et propter exercitus festinationem et propter populi qui cum eo *fuerat* licentiam[3] defensionem ad regem faciebat. Erant autem in ipsa Constantinopoli primores nonnulli ex Africa, qui ob iram quam contra regulum eius terrae habebant regione sua recesserunt, et apud regem confugerunt, eumque de regione docuerunt et incitaverunt eam amplissimam esse et tranquillis-

*p. 132.

[1] *Rom.*, XII, 21. — [2] βάρβαρος. — [3] Ms. ‘ disciplinam ’.

simam, nec belli Romanorum curam habere, sed certamini cum Maurusiis vacare, populo qui in deserto habitat, et latrociniis ac vastatione sicut Ṭayāye[1] vivit. Et regi ostendebant regionem hanc imperio Romanorum abscisam et ereptam esse e diebis Zirzirici[2]
5 qui Romam expugnasset, et vasa etiam pretiosa auri atque argenti et cetera expetenda abstulisset et Carthaginem Africae urbem principalem recessisset, quam expugnasset et cepisset et in qua consedisset et thesauros coacervasset et reposuisset. Ideoque rex exercitum paravit cum Belisario et Martino, et
10 Archelao ὑπάρχῳ, et navibus multis arma ac vestes in *usum* exercitus portantibus. Et iter per mare fecerunt ; et, quod Deus hoc voluit et adiuvit, paucis diebus advenerunt ; et subito iuxta urbem regiam Carthaginem visi sunt. Et regulus ibi non erat, sed bello cum Maurusiis in deserto vacabat. Exercitus vero
15 parvus qui in urbe praesto fuit qui egressus Romanis occurrit *pugna superatus ac victus est et reversus est ; et urbs tradita est, et Romani ingressi eam ceperunt, et praedam collegerunt ; et ipsius reguli gaza regi Romanorum reservata est. Romani vero urbes paucas quoque de terra ceperunt, quoniam nonnulli
20 qui cum eis *erant* eos ducebant qui regionem prodiderunt, eamque amplam et latam esse sciebant circiter quinquaginta mansiones[3] et plus quam centum ac triginta urbes continere, et divitem esse ac pinguem. Rex autem et summi sacerdotes terrae et primores populi ariomanitae[4] erant. Cum autem audiisset
25 regulus et cum exercitu venisset, parvus ac contemptus coram Romanis inventus est ; et quod intellexit propinquos suos captos esse et primores suos concessisse et gazam suam ablatam esse, debilis factus est, et *ea* condicione ut vivus conservaretur se tradidit. Et δωδεκάτῳ cum Belisario deportatus est, et cum gaza
30 et propinquis ac primoribus suis regi palam coram δήμῳ in ἱππικῷ oblatus est. Legatus vero Kāsrun regis Persarum ibi aderat et praesens erat, et haec videbat. Et ex hoc tempore Africa Romanis subiecta est ; et ceterae urbes quae in χώρᾳ eiusdem Africae *sunt* ordine subiugatae sunt. Tantum Maurusii secundum
35 morem ibi adversarii sunt.

* p. 133.

[1] Vide p. 24, n. 5. — [2] Sc. 'Gaiserici'. — [3] μανσίων. — [4] Sc. 'ariani'. 'Ariminitae' non vertendum, quod in Oriente vix intellegi potuisset.

CAPUT XVIII EIUSDEM LIBRI IX, DE ROMA QUAE PER BELISARUIM SUBIUGATA EST.

*p. 134. Alimericus [1] tyrannus [2] diebus Zenonis et Anastasii *Romam defectione facta tenebat ; et vir fuit bellicosus et sapiens erat, et regionem Italiae multum stabilivit, et Romam condidit, et barbaros [3] ab ea prohibuit. Et mortuus erat, et successores eius regionem Romanorum alius post alium tenebant et regebant, defectione in regnum Constantinopolis facta. Domnicus [4] vero quidam unus e principibus terrae iram contra tyrannum [2] habebat, et apud regem Iustinianum confugit, eumque de regione docuit. Et vir senex fuit lectione Scripturarum *eruditus* [5], diphysita ; et multum disputabat et eum novi. Rex vero cum Africam modo supra scripto subiugasset Romam etiam subiugare studebat. Et, quod Belisarium bello africano claruisse perceperat, cum regionis incolis damnum non fecisset aut *eos* effusione sanguinis confregisset, nisi eis *rebus* quae necessariae sunt, tributo et vectigalibus et subiectione, exercitum ei paravit, eumque Romam misit. Et Iohannes summus sacerdos urbis his diebus mortuus erat ; et Agapetus ei successit. Et cum exercitus Neapolim quae nominatur pervenisset urbem celebrem, Roma haud longe distantem, eamque expugnasset, σύγκλητος Romae *constituta,* et βούλη eorum cum principe suo [6] commoti sunt et timore adfecti, quoniam de Carthagine et tyranno [2] eius terrae Africae iam didicerant eum subiugatum esse ; et, quod haec perceperant, petitionem prius miserunt et de pace rogaverunt, seque urbem tradituros polliciti sunt ; post haec vero et ὁμήρους miserunt. Et postea Belisarius cum exercitu eo advenit, et in urbe laudationibus incolarum receptus est ; eamque occupavit, nec damnum in ea fecit. Et ibi fuit tempus *aliquantum* dum ceteras urbes

*p. 135. etiam occupat et regi subicit sine iniuria caedium *et exitio hominum. Et rex ⌜ob haec gloriam adeptus [7] est, et gavisus est anno τεσσαρεσκαιδεκάτῳ.

[1] Vide p. 38, n. 5. — [2] τύραννος. — [3] βάρβαρος. — [4] PROC., *Bell.*, IV, XVI, 2 (?). — [5] Aliquid fortasse excidit. — [6] Duce militari Gothorum (?). Sed legendum fortasse 'principibus suis'. — [7] Vel 'de his *rebus* certior factus'; sed ܐܬܠܒܒ hoc sensu incognitum est.

CAPUT XIX, DE SEVERO QUI CONSTANTINOPOLIM RURSUS ADSCENDIT ET REGI APPARUIT.

Severus autem probatus, cum a rege urgenter vocatus esset, Constantinopolim tandem advenit τεσσαρεσκαιδεκάτῳ [1], et amice
5 a rege in palatio [2] receptus est; quod Theodora regina eum incitabat ac stimulabat, quae dilectionem Severi amplectebatur et in cuius oculis honorabilis erat et verecundus. Et, quod Epiphanius summus sacerdos urbis mortuus erat, Anthimus ei successit; et vir fuit abstinens et ascetes et pauperum amans et
10 fidelis. Episcopus fuit ipsius Trapezuntis; et, quod ibi ob causam *quandam* aderat, et moribus praestans erat, et regi et primoribus propter verecundiam suam notus erat, patriarcha constitutus est. Et synodum Chalcedonis in fide non recipiebat. Alexandriae vero, postquam expulsus est Gaianus qui iulianista erat, et
15 tres menses post Timothei obitum ibi fuit, Theodosius episcopus factus est vir adprime fidelis et disertus et lenis et mitis; et sancti Severi familiaris fuit atque amicus. Cum hi tres summi sacerdotes dilectione concordes essent nec fide inter se separarentur, Ephraim Antiochiae agitatus est et multum perturbatus;
20 et praesertim [quod] [3] Petrus Hierosolymorum sponte sua non contentiosus erat aut haereticus, quamvis et secundum tempus se gereret, * dum infirme agit et quiescit nec perstat. Accidit autem *ut* Sergius archiater *urbis* Rišʿainā his diebus Antiochiam adscenderit Asylum (?) eius urbis episcopum accusaturus, Ephraim
25 patriarchae indicans se ab eo iniuriam passum esse. Et hic vir facundus fuit, et lectione librorum multorum Graecorum versatus erat et doctrina Origenis; legerat vero Alexandriae tempus aliquantum interpretationem Scripturarum aliorum doctorum — et syriace sciebat lectionem et loquelam — et βιβλία medicinae.
30 Et sponte sua fidelis fuit, ut prologus etiam testificatur et interpretatio Dionysii quam aptissime fecit [4], et λόγος qui diebus Petri celebris episcopi fidelis ab eo de fide compositus est. Verumtamen moribus hic Sergius mulierum libidine lascivissimus erat, et turpis erat, et impudicus; amore autem argenti adpetens
35 erat. Hunc cum tentasset Ephraim eumque peritum invenisset,

* p. 136.

[1] Legendum fortasse τρισκαιδεκάτῳ, ut in capp. XV, XVI. — [2] παλάτιον. — [3] In ms. excidit; e MICH. addidi. — [4] Brit. Mus. Add. 22370 (WRIGHT, p. 500).

promisit se quodcunque rogaturus esset facturum si. *ut* eius legatus Romam profecturus esset cum epistulis ad Agapetum summum sacerdotem urbis et rediturus. Is vero accepit. Et muneribus ab Ephraim instructus est, et litteras ad virum portavit, *p. 137. Eustathio * puero quodam architectone [1] ex Amida [2] eum comi- 5 tante, qui de Sergio rem quandam alienam narrat ; et, ne lectori noceat, eam non scribo. Ili ergo etiam Romam ad Agapetum pervenerunt, et epistulas dederunt et recepti sunt ; et vir epistulis eorum delectatus est quod cum sententia sua consensum in eis repperit. Et cum eis Constantinopolim venit, mense ādhār 10 τεσσαρεσκαιδεκάτου, quando Severus ibi fuit, et Anthimus fuit summus sacerdos. Et ⸢ingressu Agapeti [3] terra movit ; et sol die obscurari incepit et luna nocte dum oceanus umore tumet, a *die* 24° ādhār eiusdem anni usque ad *diem* 24um ḥězirān anni sequentis, πεντεκαιδεκάτου [4]. Agapetus vero cum regi apparuisset 15 magnifice ab eo receptus est, quod lingua eadem usus est, et summus sacerdos fuit regionis Italiae, quae ei subiugata ac subiecta erat. Et formam externam verbi Scripturae bene cognoverat, et sensum eius non intellegebat ; et de incorporatione Iesu Domini nostri Christi Dei Verbi demisse sentiebat, nec 20 Virginem Mariam Deiparam vocare adnuebat, et in duas naturas unionem scindebat ; quoniam infantem prius conceptum esse *p. 138. opinabatur iuxta *sententiam* * scholae Diodori et Nestorii. Et communionem Anthimi et Severi detrectabat, et ei magis *communionem* eius ; et illum adulterum vocabat, et hunc euty- 25 chianistam. Et regis erga eos dilectionem mutavit, eumque eis inimicum fecit, et eos urbe expulit. Et Anthimus et Severus et Theodosius Alexandriae epistulis quas infra exscripsimus inter se concordes facti sunt ; et Anthimus et Severus inde recesserunt, ut uterque eorum latenter viveret ubicunque ei expediturum 30 esset. In urbe regia autem post Anthimum factus est Menas. Et Sergius archiater ibi statim mortuus est ; et post eum Agapetus eisdem diebus miraculo cum lingua eius discerpta esset ⸢eamque dentibus [5] lacerasset ; et ei Romae successit Silverius.

[1] ἀρχιτέκτων. — [2] Ms. ''MR'. — [3] A. 'cum plenitudine sua'. MICH. (qui in hac narratione nostrum cum Iohanne Eph. contaminat) addit 'gloriosi et superbi'. — [4] MICH. add. 'et σύγκλητος universa in ἀπάντην eius exiit'. — [5] Ms. 'eumque vivum'; vide not. ad textum.

CAPUT XX, EPISTULA SEVERI AD τάγμα SACERDOTUM ET MONACHORUM QUI IN ORIENTE ERANT, QUAE DE EIUS AB URBE REGIA EXITU INDICAT.

Dei amantibus presbyteris et diaconis et archimandritis et
5 praepositis, et omni τάγματι sancto monachismi quod in Oriente
est Severus in Domino nostro salutem. Quod iam extra urbem
urbium dominatricem constitutus sum, et extra domum comprehensionis, quod nonnulli e vobis, o sancti, praesentes et ipsis
oculis viderunt, me his parvis meis litteris *uti debere reputavi, *p. 139.
10 et ad orationes gratiarum actionis vos excitare, quibus etiam
dimissionem[1] meam attribuo, et — aperte adseram, cum ea quae
cura divina erga nos geruntur nos firmos faciant, — ad fidem
orthodoxam retinendam, et novam voluntatem parandam, qua
ut aliquis dicere posset se velut στολῇ nova induere oportet, et
15 ad omnem notionem haereticam et contentiosam fugiendam.
Iacobus enim etiam princeps patrum, in laborum tolerantia et
in spe erga Deum multus, cum societatem barbarorum[2] qui Sichimae *erant* et κινδύνους sibi illic circumdatos fugisset, eos qui
cum eo habitabant ad ea hortabatur ad quae ego vos hortatus
20 sum, ut in Scriptura dicit : « Dixit vero Iacobus domui suae et
cunctis qui cum eo *erant* : ‘Removete de mediis vobis deos
alienos ; et mundamini, et vestes vestras mutate ; et surgamus
et adscendamus ad Bethel ; et faciamus ibi altare Deo qui die
tribulationis me exaudivit, et in via qua iter feci me servavit’ »[3].
25 Revera enim me ab omni adversariorum exspectatione servavit,
qui me sine causa oderunt, et me irridebant, et capita sua
quatiebant[4] et dicebant ut apud Iob : «Incidit pes eius in laqueum,
et in rete captus est. Veniant in eum laquei et in eum praevalebunt ut eum sitientes. Absconditus est in terra funis eius, et
30 rete super semitas eius *est* »[5]. Sed ut illorum malitia sanguine
non satiata sit regina *Christum timens mihi suffecit, et ipse *p. 140.
Deus, qui precibus vestris ad id quod ei placet eam duxit, ut
apud Isaiam etiam prophetam clamat ad eos qui in eo sperant :
« Noli timere quoniam te servavi. Vocavi te nomine tuo, quoniam
35 meus es. Si aquam transibis, tecum sum, et flumina te non

[1] Vox fortasse corrupta. Alibi ‘derelictionem’ significat. — [2] βάρβαρος. — [3] *Gen.*, XXXV, 2, 3. — [4] *Ps.* LXVIII, 5 ; XXI, 8 ; CVIII, 25. — [5] *Iob*, XVIII, 8-10.

obruent, et in igne non ardebis, et flamma te non comburet ; quoniam ego sum Dominus Deus tuus, sanctus Israel qui te servat »[1]. Et qui haec dixit non solum salutem mirabilem mihi dedit, sed et additamentum etiam portioni fidelium, ut verum dicam portioni Domini addidit, et agro hereditatis eius Israel[2], ne sit ut ei quos reprehendit Scriptura, ' Semen vestrum frustra seretis '[3]. Sacer enim Anthimus regiae urbis archiepiscopus summam sedem accepit ; et, cum eam retinere liceret, noluit ; sed recte et iudicio vero et scientia impietatem illorum odio habuit, et communionem nostram, et papae Theodosii Alexandriae, et omnium pastorum qui nostram confessionem amplectuntur accepit. Ergo frustra decipiunt qui dicunt se synodum Chalcedonis in definitionem fidei non recipere, sed in reiectionem Eutychis et Nestorii ; quibus *rebus* Flavianus etiam se ornabat, et zelum vestrum decipere non potuit neque a Satana circumventi estis, et ut Paulus dicere valetis : « Cogitationes eius nos non latent »[4]. — Et cetera epistulae.

*p. 151. * CAPUT XXI EPISTULA ANTHIMI AD SEVERUM IPSIUS ANTIOCHIAE.

Sacro et sancto fratri nostro et comministro patriarchae domino meo Severo Anthimus in Domino nostro salutem. Cum dictum Domini in mente tenerem quod dicit : « Cui multum commissum est, multum quaeretur ab eo »[5], [et][6] verbum psalmistae : « Quis adscendet in montem Domini ? et quis stabit in loco sancto eius ? »[7], et apostolum qui mandat qualis esse debeat qui Deo separatur[8], timore haud parvo adficiebar. Si enim magni illi principes patrum ille quidem ' pulverem et cinerem '[9] se nominavit, hic autem ' vermem et non hominem '[10], ego quid dicam, parvus ac contemptus qui altitudinem huius ministerii indignus attigi ? Ecclesiarum enim quoque sanctarum perturbatio animam meam valde vexat. Nonnulli enim peccatorum praetextum nacti, et quasi σχῆμα ostenderent se mutationem et confusionem quae non est fugere, Deum Verbum qui unus est [et][6] indivisibilis et immutabiliter incarnatus est lacerant et dividunt. Et propter hoc tristitia multa adficior, [secundum][6] id

[1] Is., XLIII, 1-3. — [2] IER., X, 16. — [3] LEV., XXVI, 16. — [4] II *Cor.*, II, 11. — [5] LUC., XII, 48. — [6] In ms. excidit ; e MICH. addidi. — [7] *Ps.* XXIII, 2. — [8] I *Tim.*, III, 2, 12. — [9] *Gen.*, XVIII, 27. — [10] *Ps.* XXI, 7.

quod apud psalmistam dicitur : « Tristitia me tenuit, ob peccatores qui legem tuam dereliquerunt »[1]. Spes vero erga Deum mihi gaudium dat, et credo eum promissa sua praestiturum et quanto indigemus exigui nobis daturum, non quoniam amici
5 eius sumus, sed propter improbitatem, et *omnium electorum suorum vindictam facturum[2] ; qui etiam tuam ipsius sanctitatem per ἀγῶνας et sudores eius apostolicos et doctrinas spiritales, quae gratia ei donatae sunt, a temporibus longinquis ut saxum immobile a peccatis servavit, tum nobis [tum][3] ecclesiis suis
10 sanctis in immutabile fidei fundamentum. Idem igitur Deus qui altitudinem humilibus adsignat et parvis magnitudinem, et debilibus vires, ut dicit divinus apostolus : « Gratia iustificamur omnes »[4] — et haec potentia divina in debilitate perficiuntur, — iudicio quodam ineffabili debilitatem nostram etiam adduxit
15 ut in sancta ecclesia quae in hac urbe regia *est* princeps fiat. Gratiam eius igitur confessi, vos, sacri, rogamus ut Christum Deum nostrum imploretis ut contemptibilitatem nostram adiuvet ; et, quoniam aliorum quidem aliud est indicium, sacerdotum autem evangelii proclamatio — dicit enim : « Loquimini sacerdotes ;
20 et, cum in montes altos adscenderitis, praedicate »[5], — hac salutatione prima spiritali et dilectionis plena vobis, o sancti, communico ; quod, dum vestra unione gaudeo et vestra adhaesione etiam et vinculo spiritali, secundum νόμους ecclesiasticos adfirmo me unam tantum fidei definitionem tenere, eam * quam qui
25 Nicaeae congregati sunt statuerunt, CCCXVIII patres sancti, a Spiritu sancto ducti, et ut hanc usque ad finem teneam precor ; quam synodus patrum sanctorum CL ratam habuit quae in hac regia urbe contra impios pneumatomachos congregata est, nec sola sed etiam synodus sancta quae contra impium Nestorium
30 Ephesi congregata est, cuius principes erant archiepiscopi memoria sanctitudinis et Dei amoris digni Caelestinus Romanorum et Cyrillus Alexandriae qui κεφαλαίοις suis duodecim Nestorium anthropolatram deiecit. His cum omnibus eius operibus adsentior, *ea*que ut νόμον sanctum amplector. Cum his vero sanctis
35 Cyrilli doctrinis recipio etiam scriptum Zenonis excessus religiosi

* p. 142.
* p. 143.

[1] *Ps.* CXVIII, 53. — [2] LUC., XI, 8 ; XVIII, 7. — [3] In ms. excidit; e MICH. addidi. — [4] *Rom.*, III, 24 (?) ; *Tit.*, III, 7 (?). — [5] Is., XL, 9.

ecclesiarum unitivum, in abolitionem synodi Chalcedone *habitae* et Tomi impii Leonis *compositum*. Confiteor Deum Verbum qui ante saecula a Deo Patre genitus sit, Filium unicum, Patris naturae et aeternitatis consortem, per quem omnia facta sint, et per quem omnia constiterint, lumen de lumine, Patris invisi- 5 bilis imaginem immutabilem et connaturalem [1], ultimis diebus incarnatum esse, et e Spiritu sancto et e sancta Deipara et semper virgine Maria complete humanatum, et carnem nobis
*p. 144. connaturalem quae animam * rationalem intellectualem haberet sibi hypostatice adunasse, et sine mutatione et confusione et 10 peccato formam quae apud nos *est* accepisse. Mansit enim indeclinabilis ut Deus, itemque, quando nostram proprietatem adsumpsit, nec suam divinam minuit, et quod de nobis *fuit* suam dispensative fecit, coniunctione quae unione naturali *efficitur*. Qui enim sine tempore et sine corpore a Deo Patre genitus est, 15 idem et secundam in corpore nativitatem sustinuit ; et, cum de matre virgine ineffabiliter incarnatus esset, quae eum peperit et post partum etiam virgo mansit. Propter hoc et vere [eam] [2] Deiparam confitemur, et qui ex ea in carne natus est Deum esse perfectum, et hominem perfectum, eundem e duabus naturis 20 unum Filium unum Dominum unum Christum, et unam naturam ipsius Verbi incarnatam, et complete humanatum esse, cum utraque naturarum, quod ad indicium attinet, sine confusione mansisset, earum quae in unionem indivisibilem coniunctae sunt. Quare et rectissime unus e Trinitate sancta et connaturali 25 est ante incarnationem et post incarnationem, cum numerum Trinitati non addiderit, numerum quaternitatis ; et impassibilis quidem eo quod Patri connaturalis, passibilis autem in carne eo quod nobis connaturalis. In sua enim natura Deus Verbum non passus est, sed in carne nobis connaturali ; et qui hanc sibi 30 hypostatice adunavit in forma nostra passus est. Et Gregorius
*p. 145. theologus definiit et dixit : « Deitate impassibilem, * adsumptione passibilem » [3]. Et est unus et idem miraculis et idem passionibus, et dispensative nostras passiones suas fecit, voluntarias et non reprehendendas, in carne passibili ac mortali et nobis connaturali 35

[1] Ms. ' requiem ' ; e p. 112, l. 28, correxi. — [2] In ms. excidit ; e p. 113, l. 3, addidi. — [3] *Or.* XL, XLV.

intellectualiter et rationaliter animata. Et hanc totum tempus dispensationis passibilem ac mortalem *esse* sivit ; eo proposito quod supra de propria eius humanatione dictum est ; dico autem eum non simulacro sed revera passum esse. In ipsa enim carne
5 quae pati naturaliter poterat passiones voluntarias et naturales et non reprehendendas sustinuit, et ipsam per crucem mortem ; et per miraculum Deo decorum resurrectionis eam impassibilem et immortalem reddidit ac fecit, et omni modo in posterum incorruptibilem, cum sanctam esse ac sine peccato ex ipsa in
10 utero unione et hypostasi haberet. Dum igitur eorum qui in unitatem naturae concurrerunt divinum dico et humanum diversitatem agnoscimus, illos alterum ab altero non separamus, neque in duas naturas neque in duabus *naturis* unum et ineffabilem secamus, neque etiam confundimus humanitatis et
15 deitatis diversitatem tollentes ; confitemur vero unum e duobus Emmanuel. Et dum ita sentio et super hanc sententiam velut super rupem sto anathematizo etiam deviationes a veritate quae ab utraque parte factae sunt, et homines impios et deceptores qui *ut* principes earum antecesserunt, dico autem Valentinum
20 et Marcionem, et Arium et Macedonium et Eunomium et Apollinarem et Eutychem atque eos qui ex ipsa cum Verbo unione * carnem quae de nobis adsumpta est et Deo Verbo hypostatice * p. 146.
adunata impassibilem et immortalem inepte et impie confessi sunt, et in magnum mysterium immutabilis ac verae Domini
25 humanationis simulacrum et phantasiam[1] introduxerunt. Anathematizo autem et Paulum samosatenum, et Photinum et Diodorum, et Theodorum et Nestorium itemque Theodoretum et Andream, et Hibhā et Eutherium et Alexandrum mabbughāyā, et Irenaeum bis coniugatum, et Cyrum et Iohannem[2] et Bar Ṣaumā persam, et
30 synodum Chalcedonis, et Tomum Leonis, et qui dicunt eum in duabus naturis agnosci et exstare, hoc est Dominum nostrum Iesum Christum post unionem ineffabilem, nec confitentur unum πρόσωπον esse unam hypostasim et naturam Dei Verbi qui incarnatus et humanatus est. Sub condicione harum doctrinarum
35 apostolicarum et divinarum et irreprehensibilium, frater noster sancte, do tibi dextram communionis, quam usque ad halitum

[1] φαντασία. — [2] Aegearum (Vide *Docum. Monophys.*, ed. CHABOT, p. 10).

extremum retinebo, nullius qui praeter haec sentit communioni adquiescens, quoniam Basilius dixit : « Qui cum haereticis[1] sine discretione communicat Christi παῤῥησίας privatur »[2]. Scio enim vos etiam, o sacri, haec custodire, [et] a temporibus longinquis laborasse. Quis enim est qui temporibus nostris ita ἀγῶνα fecit, 5 dum locum e loco mutat ne fides eius commoveatur ? Et in te video ecclesiae doctores, quoniam lucernam aperte super candelabrum bene posuisti[3] eo quod opere et verbo splendes. Sancti- *p. 147. tudini tuae igitur propter haec decorum est * vice litterarum nostrarum doctrina nos delectare.[4] [Precare vero pro me, *vir* 10 sacer, ut in omnibus rebus Christus Deus dies qui de vita mea manent sicut ei placet precibus tuis sanctis regat, et me tentationibus mihi impositis liberatum misericordia sua dignum faciat, ut in hac fide vadam, dum pro ea secundum vires parvas quae in me *sunt* dimico, *id agens* ut secundum dictum quod in 15 evangelio *stat* me coram Patre suo qui in caelis *est* etiam confiteatur[5]. Fraternitatem quae apud te ipsum *est* saluta. Quae mecum *est* te in Domino salutat. Custodiaris in Domino sanus et mei memor, *vir* saccerime.]

CAPUT XXII, EPISTULA SEVERI AD ANTHIMUM. 20

Sacerrimo et sanctissimo fratri ac comministro nostro patriarchae Anthimo Severus in Domino nostro Iesu Christo Deo nostro salutem. Litterarum[6] verecundiae tuae [ad me *inscriptarum*][7] Paulus apostolus initium mihi dabit opportunissime exclamandi « Gratias Deo pro dono eius ineffabili »[8]; quod ipso 25 tempore quo ad sedem throni[9] patriarchatus ecclesiae in urbe regia *constitutae* accessisti statim propter rectam religionem altitudinem summae sedis contemnere decrevisti, quae aliis fidei eorum prodendae occasio est. Eis enim qui mandatis divinis adhaerere et ut scriptum est post Dominum ire[10] volunt sapientia 30 Excelsi cogitationes idoneas inserit, diaconis et presbyteris et

[1] Ms. ἰδιώταις ; e MICH. et BAS. correxi. — [2] *Ep.* CCLXII, II. — [3] MATTH., V, 15. — [4] Uncis inclusa e MICH. addidi. In ms. stat tantum « Et cetera quae sunt epistulae salutatio ». Vide not. ad textum. — [5] MATTH., X, 32. — [6] Sic syr. Apud MANSI, XI, 444, citatur init. huius epistolae ut τὴν πρός τὴν σὴν θεοφιλείαν. — [7] In ms. deest ; e MICH. addidi. — [8] II *Cor.*, IX, 15. — [9] θρόνος. — [10] MATTH., XVI, 24.

patriarchis, *secundum ordinem sacerdotii eorum ; ita ut princeps *p. 148.
patrum Abraham, postquam in regionibus multis ac diversis consedit, ad regionem quandam venerit, et e puteo qui in ea *erat* copiose biberit — qui puteus iuramenti nominabatur, quo-
5 niam cum barbaris qui regioni vicini erant iuramenta ac foedera fecit, — et plantaria plantaverit decora et fructifera, et, ne animus eius in eis effunderetur, nomen Domini Dei aeterni ibi invocaverit, et, ut is ei dicebat : « Ne vadat mens tua post decus rerum quae videntur, et in deliciis visionis iucundis Dei obliviscatur, qui ipse
10 solus ab aeterno est ; quae autem videntur oculos hilares reddiderunt, et gustui suaves fuerunt, et transierunt »[1]. Et Scriptura sic narrat : « Abraham agrum plantavit super puteum iuramenti, et nomen Domini Dei aeterni ibi invocavit »[2] — et agrum alii arbustum interpretati sunt et alii plantatum. Eodem igitur
15 exemplo sanctitudo tua, cum in aliis regionibus consedisset, ut agrum quendam fructibus decorum, caput iuramenti — sedem urbis regiae dico, quae mundi phantasia[3] locuples est et e divitiis abundantiae fluvii bibit, — attigisti. Et, cum sensisses nonnullos te ad reprobam mentem pervertere velle praeter argentum purum
20 incorruptum et probatum fidei orthodoxae, animi tui oculus decore mundi et gloria vanitatum eius transeuntium non percussus est, sed, secundum exemplar[4] principis patrum Abraham, nomen Domini *Dei aeterni ibi invocasti, cui[5] [poenas daturi *p. 149.
sumus earum *rerum* quas fecimus, et dixisti sicut apostolus :
25 « Quae videntur temporalia sunt, et quae non videntur aeterna »[6] ; ad quae vocati sumus, et in quibus credidimus et baptizati sumus. « Si » enim « in hac vita tantum in Christo speravimus, miseriores sumus omnibus hominibus »[7]. Et dilectionem tuam haec per tuas litteras canonicas et ecclesiasticas nobis nuntiare
30 oportebat ; quod ut decorum est fecisti ; et valde gaudemus et tibi congaudemus, ut Paulus dixit cum ad Philippenses scriberet[8]. Et nos eandem fidem tenemus quam scripsisti, et unam tantum fidei definitionem novimus quam patres nostri sancti CCCXVIII qui Nicaeae *congregati sunt* composuerunt, Dei Verbum et

[1] Citationem non inveni. — [2] *Gen.*, XXI, 33. — [3] φαντασία. — [4] MICH. add. ‘ fidei ’. — [5] Folium hic excidit. Uncis inclusa e MICH. supplevi ; sed, cum nonnulla ab eo om. sint, tota lacuna expleri non potest. — [6] II *Cor.*, IV, 18. — [7] *Ibid.*, XV, 19. — [8] *Philipp.*, II, 17.

Filium qui de Patre *esset,* radium ac prolem exsistentiae eius[1] eique et Spiritui sancto connaturalem, propter salutem nostram immutabiliter incarnatum esse carne nobis connaturali animata atque intellectuali, nec carnem quam adsumpsit in suam ipsius naturam mutasse aut *ea* miscuisse, et e duabus naturis, Verbi 5 deitatis et ex[2] humanitate, quae per Spiritum sanctum et e Deipara constitisset, completum et haud imperfectum unum ostensum esse Emmanuel, quem ipsum Christum esse et Filium et Dominum, et unum πρόσωπον et *unam* naturam Verbi quae incarnata esset, neque in duas naturas post unionem dividi, nec 10 rursus humanationem diversitatem intellectualem eorum qui in unionem ineffabilem concurrissent dissolvisse, sed humanationem eis qui mysterium magnum fide scrutarentur divisione et confusione puram esse et intellegi. Nobis similatus est in omnibus *p. 150. rebus praeter peccatum solum, cum similitudinem *passionum 15 quae apud nos *sunt* non repudiasset, quia incarnatus est ; et eo quod idem Deus ut est mansit impassibilitatem habet. In carne enim passiones non reprehendendas sustinuit famem et sitim et ex itinere lassitudinem, et ea quoque quae extra adduntur, flagella dico et alapam buccis *adhibitam* et manuum ac pedum 20 in cruce per ferrum punctiones. Sed Deus Verbum qui ante saecula *fuit,* impassibilis et immortalis, quomodo fieri poterat ut aliter ad passionum nostrarum tentationem omnino veniret, nisi corpus passibile et mortale hypostatice adunaret ? cum passionum impetus usque ad patientem penetraret, deitatis autem 25 impassibilitate hebes esset et langueret. Ita enim Deum qui in carne passus esset nos habere iactamus, et a mortis servitio nos liberasset, et captivitatem salutarem donasset, neque extra impassibilitatem divinam constitutus esset. Neque etiam eum specie et simulacro passum esse dicimus.] 30

. . . .

Verbum misericors, incarnatus et humanatus est, hoc est quod Adam secundus morte quae in nos praevaluit revera moreretur, et imperium eius aeternum dissolveret; quam ut caro impassibilis et immortalis sustineret fieri non poterat, quoniam impassibile 35 et immortale pati et mori natura nequit. Nisi enim morte nostra

[1] *Hebr.*, I, 3. — [2] Sic syr.

pro peccatis nostris mortuus est, et carne passiones nostras imitante hanc dissolvit cum a mortuis surrexisset, remedio *resur- rectionis extranei et alieni facti sumus. « Christus' enim 'mortuus est pro peccatis nostris » clamat Paulus; et rursus « Quoniam 5 per hominem mors, per hominem etiam resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes vivent »[1]; et rursus « Quoniam liberi carni [et] sanguini communicaverunt, ipse etiam prorsus isto modo communicavit eisdem, ut per mortem destrueret eum [qui] habebat mortis dicionem, 10 [hoc] est Satanam, et liberaret eos qui timore mortis omne tempus vitae suae sub subiectione erant servitutis. Non enim ex angelis adsumit, sed e semine Abraham adsumit. Propter hoc in omnibus rebus fratribus suis similari debebat »[2]. Semen autem Abraham corpus erat passibile nostri generis[3], quod e Virgine 15 sancta Deus Verbum omnitenens sibi hypostatice adunavit, ut genus[3] nostrum quod sub morte ceciderat secum suscitaret, per id quod generis[3] nostri primitiae factus est. Quare etiam, cum una natura sit et hypostasis, scilicet ipsius Verbi Dei incarnati, tentationem quoque et impetum passionum humanarum et 20 naturalium et non reprehendarum sponte sua sustinuit,[4] et divine signa [fecit et divina][5] et humana locutus est, et alia quidem eorum ut Deo decorum est fecit, et alia humane. Nec propter diversitatem operationum et dictorum et miraculorum et passionum in duarum naturarum post ineffabilem unionem 25 divisionem incidemus, et haec, dicta et passiones et operationes, dividemus, eo quod eundem miracula fecisse * et passum esse, et divine ac dispensative locutum esse novimus. Haec, ut pauca dicamus, ea *sunt* super quibus Christi fides et confessio constitit, et eis addi non potest, et eis auferri non potest[6]. 30 Opportune [enim][7] cum his *rebus* sanctis verbis Quhlath utor; et consequenter eos qui de via regis declinaverunt, et via perversa gressi sunt, et pravitate mala gaudent[8], ut in libro per Spiritum dicto Proverbiorum dicit, secundum νόμον qui ecclesiae per apostolos prius traditus est[9] [anathemati subicimus;

* p. 151.

* p. 152.

[1] I *Cor.*, xv, 3, 21, 22. — [2] *Hebr.*, ii, 14-17. — [3] γένος. — [4] Seqq. ad 'constitit' (l. 29) apud Mansi, XI, 444, graece exstant. — [5] In ms. excidit; e Mansi addidi. — [6] *Eccl.*, iii, 14. — [7] In ms. excidit; e Mich. addidi. — [8] *Prov.*, ii, 13, 14. — [9] Uncis inclusa e Mich. addidi. In ms. stat tantum « Et rursus post pauca dicit in ipsa epistula ». Vide textum, p. 147, n. 1.

et qui praeter inscitiam curiositate aegrotaverunt morbo leprae
simili diuturnae quae ablui non potest ⌜ . . . .
duodecim[1] κεφάλαια Cyrilli, quae malam opinionem a Nestorio
fabricatam telis percusserunt; quae si quis, secundum prophetiam
Habacuc, sagittas quae in luce eunt[2] et totum mundum perva- 5
serunt eumque illuminaverunt dicet non errabit; et prorsus isto
modo omnia opera eius, quae cum omni accuratione et sapientia
decora doctrinarum divinarum ac liberarum *scripta sunt,* et;
secundum id quod a Domino ad Iob dictum est, « et custodiuntur
nobis in tempus certaminis, et in diem pugnae hostium »[3]. Et 10
*p. 153. νόμος ecclesiasticus non id *tantum a nobis postulat ut rectam
doctrinam confiteamur, sed et ut ⌜blasphemiam contrariam[4]
anathemate damnemus, ut symbolum CCCXVIII ⌜patrum sancto-
rum[5] ostendit.] His *legibus* communione cum sanctitudine
tua [gaudeo][6], itemque coniunctione inseparabili, et eis tantum 15
qui haec tecum sentiunt itemque proclamant me communicare
profiteor; et qui alia sentiunt aut dicunt ut longinquos et
communione nostra alienos repello; et indiscretionem quae in his
rebus est fugio, ut ⌜nuntius tuus (?)[7] etiam dixit, quippe
quae nos Christi familiaritate alienos faciat et multis peccandi 20
occasionem det. Ut vero divinitate sapientium quidam etiam
dicit: « Ob causam indiscretionis multi peccaverunt »[8]. Si enim
super hanc speculam et custodiam stabimus, eisque qui sub
manu nostra sunt hoc proclamabimus, favos mellis bona verba
ex eis audiemus: « dulcedo autem eorum animae medicina 25
est »[9]. Quoniam igitur ἀγῶνα bonum tibi elegisti certare, et
confessionem bonam confessus es, clama sicut Habacuc propheta:
« Super speculam meam stabo, et super rupem calcabo »[10], et qui
*p. 154. infra rixantur[11] despice. Et, si *te maledictis et anathematibus
subicient, cum David dic Deo magna pulcritudine: « Maledicent 30
illi et tu benedices. Qui insurgunt in me pudore adficiantur;

[1] Lacuna in textu. — [2] HAB., III, 11. — [3] *Iob*, XXXVIII, 23. — [4] Add. 12155 (ubi exc. ex hac ep. invenitur f. 110 r°) plur., et add. ‘quae contra verbum religionis identidem surrexerunt’. — [5] MICH. om.; e 12155 addidi. — [6] Ms. om.; e MICH. addidi. — [7] MICH. ‘non Malachias’. Legendum fortasse ܡܠܦܢܟ ‘doctor tuus’ sc. Basilius (Chabot); ad p. 100, l. 2, procul dubio refert. Ap. MAL. nihil tale stat. — [8] SIR., XXVII, 1. — [9] *Prov.*, XVI, 24. — [10] HAB., II, 12. — [11] MICH. ‘trahuntur’.

servus autem tuus ipsius gaudebit »[1]. Ei enim etiam qui fidem sanam confitentur secundum verbum apostoli accesserunt « ad Sion montem, et ad urbem [sanctam][2] Dei vivi Hierosolyma quae in caelis *sunt*, et ad myriadas turmarum angelorum, et ad
5 ecclesiam primogenitorum in caelis conscriptorum »[3]. Qui enim in ecclesia sunt quae in caelis *est eaque* sociati sunt quomodo aliquis de terra *tela* mittens feriet? Frustra enim sudabit, et sine utilitate arcum suum tendet, etiamsi in altum mittere audeat; in eum enim sagittae quae emittuntur cadent. Audimus enim
10 sapientium etiam quendam hoc dicentem : « Qui in altum mittit lapidem in calvariam suam mittit »[4], modo si usque ad finem durabimus fidei rectae lorica armati et ⌜tota Spiritus armatura[5] undique accincti[6]. Hanc vero coniunctionem quae per has litteras canonicas cum sanctitate tua a nobis facta est, tum in
15 spiritus unionem tum in pacis vinculum[7], ut dixit apostolus, comministro nostro domino meo Theodosio, sancto papae et archiepiscopo urbis magnae et Christum amantis Alexandriae, notam faciam, qui apostolice laboravit et ἀγῶνα fecit, et in κινδύνῳ pro recto verbo *suscepto* stat, et talentorum quae ei
20 commissa sunt *lucrum cottidie industria multiplicat[8], et ipso * p. 155. indicio constanter gaudet. Et ad eum scribens, ut nobis etiam scripsisti, eisdem consensionis manibus tene, et litteris communicatoriis responsum scribet, secundum statuta et νόμους sanctae ecclesiae. Quamobrem amorem Dei qui in te *est* oportet tuam
25 partem erga eum etiam implere studere, et quod fiet tibi secundum Isaiae prophetiam fiet ‘ murus et antemurale ’[9]. Et fraternitatem tuam, [quae autem proles tua *est* in Domino nostro,][10] saluta. Quae mecum *est* te in Domino nostro salutat.

CAPUT XXIII, EPISTULA SEVERI AD THEODOSIUM.

30 Sacerrimo et sanctissimo fratri ac comministro nostro, summo sacerdoti domino meo Theodosio, Severus in Domino nostro salutem. In libro Iudicum qui et *liber* Tribuum dixit tribum Iudae ad sortis communionem tribum Simeonis fratris sui

[1] *Ps.* CVIII, 28. — [2] Ms. om.; e MICH. addidi. — [3] *Hebr.*, XII, 22, 23. — [4] SIR., XXVII, 25. — [5] Ita MICH.; ms. ‘ omnibus spirituum generibus ’. — [6] *Eph.*, VI, 13, 14. — [7] *Ibid.*, IV, 3. — [8] MATTH., XXV, 14-30. — [9] Is., XXVI, 1. — [10] Ms. om.; e MICH. addidi.

incitasse, eam quasi ad auxilium fraternum his verbis adhortantem: « Et dixit Iudas Simeoni fratri suo: 'Veni mecum in sorte mea, et pugnemus cum Chananaeis, et ego etiam in sorte tua ibo'. Et abiit cum eo Simeon »[1]. Ego vero caput tuum, frater sancte, non ad communionem pugnae et certaminis incito, 5 et ad manum adiuvantem propter sortes hereditatis *dandam*, sed potius ad communionem pacis et consensus, propter unum lucrum ecclesiae quam Christus Deus 'proprio sanguine adquisivit'[2], additamentum mirabile. Sanctus enim Anthimus summus sacerdos qui ecclesiam urbis regiae pascere meruit, sectis vinculis 10
*p. 156. ac retibus *acerbitatis haereticorum, et reprobata nunc quidem fraude impietatis[3], nunc autem manifestatione eius, communionem nostram amplexus est, mente fidei sanae *usus*, et ⌜puritatis [et commercii communionis adversariorum evitandi rationem multam fecit][4], et ad meam ipsius exiguitatem litteras foederis 15 communionis misit, cum confessione plane recta, et omnem qui haereticus et alienus est nomine anathematizavit, et mens eius a mandatis ac praeceptis Domini haud remota est quae patres nostri spiritales ut νόμους sanctos reliquerunt; quae omnes sedulo intueri debemus, et sicut Iob ⌜laboribus [et virtute pro- 20 batus][5] dicere: « Dum rectitudinem intueor non neglegens ero »[6]. Quare ad rem quae accidit ut ad donum Dei bona voluntate studiose cucurri, et verbum Scripturae divinae dixi: « Hodie novimus nobiscum esse Dominum, ut sciant omnes populi terrae Dei potentiam fortem esse »[7]. Haec enim in Iesu Bar Nun scripta 25 sunt. Et oportebat quidem sanctum archiepiscopum Anthimum ad thronum[8] vestrum evangelicum primo decurrere, et consensus primitias vobis offerre; angustiae autem huius temporis, et regionis longinquitas et rerum celeritas ordinem mutaverunt, eo quod hoc clam factum est. Scis enim ut sapiens doctrinarum 30
*p. 157. divinarum doctor quod a Iohanne theologo ⌜praeter *[ceteros] evangelistas[9] historiae modo scriptum est, foribus propter metum Iudaeorum clausis discipulos congregatos esse, et ipsum Deum

[1] *Iudic.*, I, 3. — [2] *Act.*, xx, 28. — [3] Ita Mich.; ms. 'eorum'. — [4] Ita Mich.; ms. 'purae'. — [5] Ita Mich.; ms. 'laboriosus'. — [6] *Iob*, xxvii, 6. — [7] *Ios.*, xxii, 31; iv, 24. — [8] θρόνος. — [9] Ita Mich.; ms. 'potius quam evangelista'.

magnum et Salvatorem nostrum Iesum Christum foribus clausis miraculo intus apparuisse et in medio stetisse, et dixisse 'Pax vobiscum'[1]. Exemplar igitur litterarum consensus mearum et summi sacerdotis Dei amantis, viri supradicti, quae sub metu
5 Iudaeorum[2] compositae sunt, his litteris adiunxi, et sanctitati tuae misi. Πάντως vero et religiosus presbyter et oeconomus Theopemptus de huius dispensationis historia vos iam certiores fecit. Is etiam enim nobiscum[3] in hoc consilio et *in hac* re communicavit; qua Dei amorem qui in te *est* propter eum[4]
10 gavisurum credidi, et lectis litteris ipsorum foederum canonicis magis laetaturum. Noveris autem, o mihi omnium dilectissime frater sacer, postulata haec chalcedonia a promisso foedere Naas ammonitae in nihilo distare, quod cum filiis Israel ferire volebat, qui ei dicebant: « Feri nobiscum foedus et serviemus tibi ». Is
15 autem crudeliter et barbare sermonem reddidit : « In hoc feriam vobiscum foedus, ut omnes oculos vestros dextros evellatis ; et opprobrium Israel imponam »[5]. Multa igitur vigilantia opus est nobis, et fide immutabili, et precibus *orationibusque ne dormiat *p. 158.
neve conquiescat qui custodit Israel, et ut opprobrium in eos
20 qui opulenti ac gloriosi sunt vertat, neve eis qui nos circumstant illusio et opprobrium fiamus[6], ut alicubi canit David, cum eo quod, dum de *rebus* divinis cadunt, *res* humanas etiam perdunt[7]. Apud infideles enim et Dei inimicos nihil firmum est. Tibi autem qui in *rebus* divinis intellegens es quae dicuntur *res* cognitae
25 sunt.

CAPUT XXIV, ⌈EPISTULA THEODOSII AD SEVERUM[8].

Sacerrimo et sanctissimo fratri ac comministro nostro patriarchae domino meo Severo Theodosius in Domino nostro salutem. Optime, o caput mihi omnium carissimum, et rupes Christi et
30 purae fidei custos immobilis, beatum est tempus nostrum quod sanctis Dei ecclesiis firmitatem vestram spiritalem ostendit. [Quare][9] nos etiam bona spe fruimur, et virtutis vestrae exemplar

[1] IOH., XX, 19. — [2] MICH. add. 'haereticorum' (glossa ?). — [3] Ita MICH. ; ms. 'vobiscum'. — [4] Ms. 'eam'. — [5] I *Reg.*, XI, 1, 2. — [6] *Ps.* CXX, 4 ; CXXII, 4 ; LXXVIII, 4. — [7] Ita MICH. ; ms. 'confitentur'. — [8] MICH. 'responsum papae Th. ad sanctum Severum patr. sedis apost. Antiochiae'. — [9] In ms. deest ; e MICH. addidi.

irreprehensibile quod adquisivimus ⌜apud nos[1] servatum iri confidimus. Sed virtutum vestrarum quam [primo et praecipue][2] admirer nescio; eorum enim quae vestra sunt quid est quod aut parvum *est* aut sermone superflue eget? Si vitae tuae pulcrae mores severos admirabor, virtus verecundiae me ad se trahet 5
*p. 159. et rectae fidei sinceritas laudata, quae * cunctas praecedere iuste quaerit, et conversatio vestra laborum diuturnorum quos propter Deum *perpessi estis,* et fuga de loco in locum, et quod in omnibus rebus sustinere elegistis, ne a recte fide deflectamur; qua ipsa *fide* quoties rebus *impulsus* cum Paulo παῤῥησίᾳ 10 exclamasti: « Quis me separabit a dilectione Christi? Tribulatio, an tristitia, an persecutio? »[3] Sed in quo numero[4] doctrinae vestrae exactitudinem ponemus, per quam qui errant convincuntur, et fraus radicitus evellitur, et qui credunt salvi fiunt et in fidem rectam plantantur? Et videtur mihi ac si ipsum 15 Christum Deum audirem ad te dicentem quae ad Ieremiam prophetam divinum dixit: « Ecce! dedi verba mea in ore tuo. Ecce! constitui te hodie super populos et super regna ad evellendum[5] et evertendum et consumendum[6], et aedificandum et plantandum »[7], et ea rursus quae ipse de Paulo dixit: « Vas 20 electum est mihi, ut portet nomen meum coram[8] populis, et coram regnis, et coram universo Israel »[9]. Haec, o pater divine, tua sunt; quae admirari fortasse facile est, recte vero perficere haud proclive; sicut nunc etiam animae tuae sacrae laboribus vigilantibus Dei ecclesiae bona effecta sunt. In Christo Iesu enim 25
*p. 160. qui prius * longinqui erant propinqui facti sunt. Anthimus sacer, qui moribus ac fide iam fulget, ecclesiae urbis regiae summus sacerdos et pastor verus, vester, *vir* sacer, et noster sponte sua communicator factus est, et post fidem nostram rectam ambulavit; qui retia quidem et turbationes exuit *et* abiecit, divitias 30 autem transitorias et non mansuras calcavit, [et][10] fastigium humanum nihil esse credidit, fidem vero rectam et non caducam παῤῥησίᾳ proclamavit. Propter hanc ipsam *rem* quae accidit

[1] Ita MICH.; ms. 'vobis'. — [2] In ms. deest; e MICH. addidi. — [3] *Rom.*, VIII, 35. — [4] Coni. Hoffmann 'columna (paginae)'. — [5] MICH. add. 'et eruendum'. — [6] Ms. 'perdendum'; e MICH. correxi; vide Corrigenda in textum. — [7] IER., I, 9, 10. — [8] MICH. add. 'regibus et' cum N.T., ubi 'et coram regnis' deest. — [9] *Act.*, IX, 15. — [10] In ms. excidit; e MICH. addidi.

quomodo gavisi simus, et quod festum spiritale fecerimus, o pater
noster venerande, ut verbo dicamus fieri non potest. Litteris
autem canonicis foedus firmum statuit, et ad thronum[1] nostrum
evangelicum misit ut et tua ipsius sanctitas per litteras eius
5 etiam venerandas primo significavit ; et in eis quae scripsit
omnem exactitudinem fidei sanae ac rectae indicavit, omnia
autem quae fraudulenta sunt et haeretica anathematibus ipsis
respuit, se eadem nobis sentire et proclamare professus, et haec
dicere, se eorum quorum communione sancta nostra ecclesia
10 etiam gaudet communicatorem esse, et ab eis *a* quibus facies
nostras avertimus se faciem suam avertere se etiam professum
esse. Ipso nomine igitur cetera nomina haeresis impiae comme-
moravit et anathematizavit et synodum impiam quae Chalcedone
constituta est et Leonis epistulam. Et, cum quae ad nos ab ipso
15 sacro viro scripta sunt *quam accuratissime perspexissemus, et *p. 161.
cuncta minute scrutati essemus et nihil eorum a fide recta
abhorrere invenissemus, et omnes qui nostri inimici sunt ibi
quoque telis percussos esse vidissemus, sententiam vestram de
scriptis *datam* magis admirati sumus. Cum eis enim quae ad vos,
20 sancti, ab ipso sacro Anthimo de doctrinis divinis scripta sunt
ea quoque quae ad nos scripta sunt consentire invenimus. Cum
igitur litteras consensus et communionis eiusdem sancti Anthimi
tales invenerimus, prophetae instar tempore opportuno clamabo :
« Gaudeat caelum desuper, et nubes stillent iustitiam »[2] ; quoniam
25 Dominus populi sui miseritus est, et sanctae Dei ecclesiae talia
bona correctionis modo effecta sunt. Manu igitur extensa factum
accepimus, et ad talia foedera et ipsi etiam cucurrimus[3], et
ipsum sacrum virum maxime singulariter communicatorem
nostrum fecimus, et litteris responsivis ad eum usi sumus,
30 quibus fidem rectam et *quae* patrum *est* claram fecimus, et
ipsam malam pollutorum fidem [et][4] insipientiam deteximus. Et
eorum propter quae cum eo communionem statuimus et eis
quicunque postea erunt dabimus horum exemplar ad paterni-
tatem vestram misimus, eo quod ⌜nostrarum *rerum* quidquam
35 te latere[5] nolumus, et praesertim quae ad ecclesiam nostram

[1] θρόνος. — [2] Is., XLV, 8. — [3] Ita Mich. ; ms. 'currimus'. — [4] Ms. om. ; e Mich. addidi. — [5] Ita Mich. ; ms. 'vestrarum rerum quidquam te zelotypum facere'.

sanctam spectant. Et deinde necessario dico id quod sedi evangelicae honorem summum debitum custodias et offeras [1], ut
*p. 162. *quae ad me scripta sunt vos *facere* indicaverunt, anima vestra sancta revera dignum erat, quae omnia iudicio et secundum Dei voluntatem agere studet. Ego vero sententiam meam aperte 5 indico, honorem meum summum hunc [esse] [2], honorem *scilicet* qui vobis ab omnibus iuste affertur. Fidenter igitur, pater noster sacer, eis quae vobis de ecclesia sancta recte placent sine dubitatione adsentior, te ut paternitatem vestram decet quae ipsi ecclesiae prosunt facere ac suadere haud omissurum arbitratus. 10 Sed haec quidem ita *sunt*. Nos autem, o pater noster [sancte et] [2] venerande, quibus tristitiis ipsi nunc teneamur et machinationibus humanis, omnibus insidiis contra nos comparatis, ut aut sponte nostra fugiamus [et ecclesiam sanctam relinquamus] [2], aut ut [3] ab aliis vi expellamur, eis vero tempus hic quoque detur, ut sua 15 faciant et ecclesiam sanctam in errorem inducant, volebam quidem in his litteris etiam indicare — ita enim vos qui nobiscum doletis pro nobis precari magis incitabimus, — sed ut pondus ponderi adiciamus et onus oneri haud aequum est. Cum vero ita tantum de ἀνάγκης magnitudine dico, nos precibus 20
*p. 163. vestris sacris verissime indigere ostendo. [4] [Et, nisi *supplicationibus tuis sacris Deo de nobis persuadere valebis, noveris, o pater noster, nos iam desperaturos, non quod de fidei exactitudine quidquam detrahetur — absit! — neque etiam quod a contentione certaminis propter rectam fidem *suscepti quidquam* remittemus, 25 sed quod a regione nostra expellemur, et *res* sacrae *rebus* profanis tradentur. Quae vero in meo de postulatis chalcedoniis — verbis enim vestris sagacibus et in his *rebus* etiam nunc utor, — responso *dicta sunt* πάντως ad vos, servi Dei sapientes, adlata sunt; et aperte adfirmavi et cum παῤῥησίᾳ dixi me eligere omnia 30 mala sustinere potius quam doctrinas et consuetudines patrum in ulla *re* neglegere, quae in dioecesi nostra obtinuerunt, ad firmitatem quidem et perpetuitatem quae decipi non potest fidei rectae et apostolicae, ad confutationem autem et dissolutionem

[1] Ita Mich.; ms. 'adscribas'. — [2] In ms. deest; e Mich. addidi. — [3] Sic syr. — [4] Pro seqq. (quae e Mich. addidi) habet ms. tantum « Et cetera epistulae. » Vide textum, p. 147, n. 1.

omnis sermonis vani et turpis. Fraternitatem quae apud te ipsum *est* saluta. Quae mecum est te in Domini nostro salutat. Ut valeas et me reminiscaris, Dominum, frater noster sancte, precor.]

CAPUT XXV, EPISTULA ANTHIMI AD THEODOSIUM ALEXANDRIAE.

5 Sacerrimo et sanctissimo fratri ac comministro nostro, patriarchae domino meo Theodosio, Anthimus in Domino nostro salutem. Christus Iesus Deus noster qui homines simplices et illiteratos et piscatores ut apostoli et doctores essent vocavit, et qui ante hos *erant* a grege pascendo ut reges essent et prophetae, 10 qui debilia *et contempta elegit, ut dixit divinus apostolus [1], ille * p. 164. nunc me etiam exiguum ad opus huius ministerii spiritalis vocavit iudiciis quae ipse cognovit ut huius ecclesiae sanctae Constantinopolis caput fiam. Ego igitur peccator cum dictum Domini reminiscor ⌜quod per Ezechielem [2] dicit : « Tu vero, 15 homo, speculatorem dedi te eis qui domus Israel *sunt*; et si [3] audies de ore meo verbum et e me praemonebis, quando peccatori dicam 'Si peccabis, morte morieris', nec peccatori dices ut caveat, et impio etiam ut a via sua avertatur et vivat, iniquus ille in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manibus 20 tuis requiram » [4], et apostoli ad Timotheum de episcopatus innocentia mandatum [5], metu ac tremore teneor. Et, cum praeter haec et turbationem contemplor quae in ecclesiis sanctis augetur ab eis qui non recte sentiunt, quoniam religionem commercium ⌜et venditionem [6] aestimaverunt, et iniquitatem in altum contra 25 caput suum loquuntur, et Deum Verbum dividunt, qui sine mutatione incarnatus est et complete humanatus est, fletu et singultibus teneor et de me *ipso* lugeo quod indignus sum. Sed spes erga Deum me consolatur ut dicitur : « Contemplamini generationes antiquas et videte quis crediderit in Domino *et * p. 165. 30 pudore adfectus sit, vel quis permanserit in timore eius et derelictus sit, et eum invocaverit et neglexerit eum ; quoniam misericors et clemens est Dominus, et peccata remittit, et tempore tribulationis salvum facit » [7]. Spem ergo cunctam et curam meam

[1] I *Cor.*, I, 28. — [2] MICH. 'per E. proph. qui'. — [3] Sic sine sensu ; LXX om. — [4] EZECH., III, 17, 18. — [5] I *Tim.*, III, 2. — [6] Ita MICH. ; ms. 'temporale'. — [7] SIR., II, 10-12.

in eum posui, ut videat nostra et audiat, qui fecit oculos et plantavit aurem[1], et ipse turbationem increpet eorum qui vias rectas depravant[2], et [servos suos voce sua][3] vocet ut pastor verus, qui animam suam pro ovibus suis posuit; quoniam dixit [qui non mentitur :][3] « Nemo eos de manibus meis eripit »[4]. Qui ipse sanctitatem vestram paravit, ut ad caput populi Alexandriae magnae stet, et ecclesiae gubernacula vobis commisit non serenitate, sed procellarum turbulentia, [quippe qui][3] ad navem super fluctus in pacem λιμένος Christi Dei nostri Spiritu[5] sancto et adorato [et vivifico][3] dirigendam [sufficiatis][3]. Precibus enim patrum vestrorum sanctorum rectorum priorum quasi [gratia Dei][3] *opus* vobis creditum est ut ad caput populi [Christum amantis][3] stetis, qui [per fidem veram atque immobilem][3] post patrum doctrinam vadit, et pro pastore suo usque ad mortem opere et verbo contendit. Concordiam igitur vestram et unanimitatem in Christo fraternam [et][3] νόμους ecclesiasticos amplexi, per epistulam hanc synodicam adfirmamus nos unam fidei definitionem tenere, Nicaeae *factam*, CCCXVIII patrum nostrorum sanctorum; quam ratam habuerunt et CL qui hic *contra pneumatomachos congregati sunt, et ⌜synodum sanctam[6] quae Ephesi [congregata est][7] consensu Caelestini et praesentia Cyrilli qui duodecim capitibus Nestorii doctrinam abolevit. His adsentior, et *haec* amplector, itemque cetera eius opera. Et recipio scriptum Zenonis ecclesiarum unitivum, quod in abolitionem synodi Chalcedonis factum est et Tomi[8] Leonis. Et confiteor Deum Verbum, Filium unicum qui aeterne a Patre genitus sit, per quem omnia facta sint, lumen de lumine, Patris imaginem vivam et ei connaturalem, extremis temporibus per Spiritum sanctum et e Maria Virgine incarnatum esse, et hominem perfecte factum esse, sine mutatione et confusione, omnibus rebus nobis similem praeter peccatum; et mansisse Deum indeclinabilem, et, cum nostram *proprietatem* adsumpsisset, deitate sua non minutum esse, et quod de nobis *fuisset* suum dispensative fecisse unione naturali. Qui enim sine tempore et sine corpore a Deo

*p. 166.

[1] *Ps.* XCIII, 9. — [2] *Act.*, XIII, 10. — [3] In ms. deest; e MICH. addidi. — [4] IOH., X, 11, 29. — [5] Vel 'vento'. Duplex sensus latine exprimi non potest. MICH. 'potentia Sp.'. — [6] Sic syr.; sed cf. p. 97, l. 29, et *Docum. monoph.*, p. 7, l. 7. — [7] In ms. deest; cf. p. 97, l. 30. — [8] Ms. 'Tomum'; e p. 98, l. 2, corr.

Patre genitus est, idem secundam in carne nativitatem accepit, cum de matre virgine ineffabiliter incarnatus esset ; et cum eum peperisset in virginitate sua mansit et iuste eam Deiparam confitemur, et qui ex ea in carne natus est Deum esse perfectum,
5 et hominem perfectum, eundem e duabus naturis unum Filium, unum Dominum, et unum Christum, et unam naturam Verbi quae incarnata esset ; et utraque naturarum quae in unionem *indivisibilem coniunctae sunt sine confusione mansit. Ideoque *p. 167. rectissime unus e Trinitate sancta et connaturali est, antequam
10 incorporaretur, et postquam incorporatus est, nec Trinitati numerus quartus additus est, et impassibilis quidem eo quod Patri connaturalis, passibilis autem in carne, eo quod nobis connaturalis. In propria enim natura Deus Verbum non passus est, sed in carne nobis connaturali ; et qui hanc sibi hypostatice
15 adunavit in forma nostra passus est. Et Gregorius theologus definivit et dixit : « Deitate impassibilem, adsumptione passibilem »[1]. Et unus est miraculis, et idem passionibus, et dispensative nostras passiones suas fecit, voluntarias et non reprehendendas, in carne vero passibili ac mortali nobis connaturali animata et intellec-
20 tuali. Et [hanc][2] passibilem ac mortalem *esse* [sivit][2] totum tempus dispensationis ; quod non simulacro passus est, sed revera, et carne quae pati naturaliter poterat passus est et in cruce mortuus, et resurrectione Deo decora eam impassibilem et immortalem reddidit ac fecit, et omni modo incorrupti-
25 bilem, cum id ut sancta *esset* ac sine peccato ex unione in utero *facta* haberet. Dum igitur earum qui in unitatem concurrerunt, naturae dico deitatis et humanitatis, diversitatem agnoscimus, neque eas aliam ab alia separamus, neque unum in duas *naturas* vel in duabus naturis secamus, neque etiam
30 confundimus deitatis et humanitatis diversitatem tollentes ; confitemur vero unum e duobus Emmanuel. Et dum ita sentio et super hanc sententiam velut *super rupem sto anathema- *p. 168. tizo etiam deviationem a veritate illius et illius. — Et cetera quae *sunt* salutatio in epistula *facta*.[3]

[1] *Or.* XL, XLV. — [2] In ms. excidit ; e p. 99, l. 1, 2 addidi. — [3] Haec a nostro plene data esse verisimile est ; vide n. ad textum.

CAPUT XXVI EIUSDEM LIBRI IX, EPISTULA THEODOSII AD ANTHIMUM SUMMUM SACERDOTEM.

Sacerrimo et sanctissimo fratri ac comministro nostro archiepiscopo et patriarchae domino meo Anthimo Theodosius in Domino nostro salutem. Et quomodo aliter fieri posset ut tu 5 summus sacerdos, erga Creatorem omnium *rerum* et Salvatorem et Deum sapiens ac vigil, inter ipsas res te aperte ut Ieremiam prophetam divinum clamantem exhiberes: « Ego non fessus sum post te ambulans, et diem hominis non desideravi »[1], nisi hominum honorem talem sprevisses, et religionis conservationem 10 ante omnia fecisses ? Quod quidem igitur ita a sanctitate tua factum est sine contentione magnum est et omnes fideles qui [id][2] didicerunt id iam mirantur, admirabuntur vero etiam postea omnes servi Domini qui postea fient, cum in omnibus sanctis ecclesiis rite proclamabitur ; reliqua autem vita vestra apostolica 15 et vere alta ac sancta haud sublimius est. Te enim vere oportebat qui abstinentia *asceseos adsidua membra tua quae in terra *sunt*, ut Scripturae verbis dicam[3], mortificasti[4], et cum[5] Paulo dicere potes : « Cum Christo crucifixus sum ; vivo autem nunc non ego, vivit vero in me Christus »[6], ad exemplar 20 Mosis magni divitias huius mundi thesauris maiores Christi opprobrium aestimare, et cum populo Dei adfligi malle quam iucunditatem peccati temporalem adipisci[7]. Ego enim quidem, qui debilis sum, omnes difficultates quae mihi accidunt propter mea vitia me sustinere iudico. Quoniam vero ecclesiae 25 πρόσωπον accipere debeo quae sub throno[8] evangelico est, quae nunc multa mala sustinet — et quot sustineat haud facile est dicere, — tempore opportuno dico sicut Paulus divinus dixit : « Sicut abundant in nobis passiones Christi, ita in Christo crescit etiam consolatio nostra »[9]. Quod enim tu, sacer summus sacerdos 30 et patriarcha urbis regiae, παῤῥησίᾳ propter fidem rectam et apostolicam *adhibita* utaris, et propter accuratam doctrinarum divinarum conservationem te Severo sancto ecclesiarum orientalium patriarchae consentientem et concordem ostendere studeas, me in sede et acceptione evangelica divini Marci cunctarum 35

* p. 169.

[1] IER., XVII, 16. — [2] In ms. deest ; MICH. pro 'qui ... didicerunt' 'nostri'. — [3] Ita MICH. ; ms. 'dicas'. — [4] *Col.*, III, 5. — [5] Ita MICH. ; ms. 'de'. — [6] *Gal.*, II, 19, 20. — [7] *Hebr.*, II, 25, 26. — [8] θρόνος. — [9] II *Cor.*, I, 5.

difficultatum quae ⌜super nos *sunt*[1] paene oblivisci fecit. « Quam enim gratiarum actionem valemus Deo retribuere »[2] — verbis enim apostolicis nunc etiam utor — propter adiumentum quo ipse suas ipsius ecclesias sanctas adiuvit ? *qui te harum vindicem * p. 170.
5 nunc constituit, et κινδύνων religionis primum propugnatorem. Ostendisti enim, o sacer, te sanctum Domini dictum in te habitans habere quod dicit : « Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere ; sed potius timete eum qui potest corpus et animam perdere in gehenna »[3] ; et te iudicare
10 « non esse dignas passiones huius temporis ad gloriam quae futura est ut in nobis reveletur »[4]. Cum igitur lux vestra spiritalis ita coram hominibus lucebit[5], hoc magno incremento eorum qui salvi fiunt quos ecclesia eius vera recipit[6] Deus laudabitur. Quare laete ego litteras sanctitudinis tuae canonicas[7] quae nunc mihi
15 adlatae sunt consensus et concordiae cum gaudio et exsultatione accepi ; quoniam eas ad me venire sanctus patriarcha Severus supradictus mihi antea indicavit, qui Christi ecclesiae et mihi omnium *rerum* bonarum et utilitatum causa est. Misit vero mihi ut ei decorum est exemplar etiam eorum quae alter ad alterum canonice
20 scripsistis, quae etiam communionem vestram cautissime et utilissime factam est indicabant. Et, dum his litteris tota mente incumbo, haec sanctitati tuae dico quae ei etiam scripsi, me confiteri unam *esse* fidei definitionem et accipere eam quam patres nostri CCCXVIII per Spiritum sanctum Nicaeae statuerunt,
25 quam synodus CL ratam fecit et ea quae Ephesi per patrem nostrum Cyrillum *congregata est*, qui duodecim κεφαλαίοις Nestorium reppulit. Et accipio *etiam scriptum Zenonis eccle- * p. 171.
siarum unitivum, quod ad abolitionem synodi Chalcedonis factum est et Tomi Leonis, Deum Verbum Patri aeterno connaturalem,
30 lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, incarnatum esse itemque humanatum per Spiritum sanctum, et e Maria semper virgine, carne animata et intellectuali nobis connaturali, et in omnibus rebus nobis adsimilatum praeter peccatum confessus ; « peccatum » enim « non fecit, neque inventus est dolus in ore
35 eius »[8], ut dixit Scriptura. Oportebat enim et aequum erat natu-

[1] MICH. ‘ turbant ’. — [2] I *Thess.*, III, 9. — [3] MATTH., X, 28. — [4] *Rom.*, VIII, 18. — [5] MATTH., V, 16. — [6] *Act.*, III, 27. — [7] Ita MICH. ; ms. ‘canonice’. — [8] I PETR., II, 22.

ram quae in Adam victa erat in Christo super mortem coronam induere. Ideoque apostolus etiam dixit : « Quoniam liberi carni [et sanguini][1] communicaverunt, ipse etiam prorsus isto modo communicavit eisdem, ut per mortem destrueret eum qui tenebat mortis dicionem, hoc est Satanam, et liberaret eos qui timore mortis totum tempus vitae suae peccati subiecti erant »[2]. Si autem nos in alia natura victi sumus, nec Dei Verbum ei communicavit, aut hanc ipsam carnem quae de nobis adsumpta est et ei hypostatice adunata impassibilem fecit et immortalem ex ipsa secum unione, ut nonnulli delirantes dicunt, vana est fides nostra[3] ; quoniam Satanam a Domino vinci haud magnum est ; sed corpore passibili et nobis connaturali passus est passionibus haud reprehendendis et mortem accepit, et peccati aculeum[4] conculcavit, et mortis imperium solvit. Si vero semen Abraham adsumpsit, et in omnibus rebus nobis fratribus suis adsimilatus est[5] praeter peccatum, ut dixit sapiens Paulus, (* p. 172.) *et per mortem quam in sua ipsius carne accepit Satanam vicit qui mortis dicionem tenebat, cum passionibus impassibilis mansisset eo quod recte agnoscitur et est Deus, propter victoriam eius nos iactamus nos servitii iugo exemptos esse. Quis est igitur qui verborum divinorum accurationem non mirabitur, quae ex omni parte rectam opinionem introducunt, et Eutychis simulacrum, eosque qui ei similes sunt, eisdem verbis confutant et doctrinam Nestorii ? Dicit enim prorsus eodem nobis modo Christum carni et sanguini communicasse ; et, ne quis putaret *eum* phantasia[6] communicasse, addidit et dixit : « Communicavit eisdem, ut per mortem mortis imperium destrueret ». Rursus autem adversus eos qui unum Christum in duas naturas dividunt puerorum exemplo certant[7]. Sicut enim puer et homo [noster][8], qui anima et corpore constat, unus est e duobus, et ambo dicuntur una natura, neque anima in carnem conversa, nec corpore in animae οὐσίαν mutato, ita etiam Christus qui ex ambabus est deitate et humanitate, quae propria ratione complete exsis-

[1] In ms. excidit. — [2] *Hebr.*, II, 14, 15. — [3] I *Cor.*, XV, 14. — [4] *Ibid.*, 56. — [5] *Hebr.*, II, 16, 17. — [6] φαντασία. — [7] Sc. ' homines ' (indefinite). In ep. syn. Sev. ad Theod. (*Doc. Monoph.*, ed. CHABOT, p. 9) stat passivum indefinitum (' certatur '). — [8] In ms. deest ; e MICH. addidi. *Doc. Mon.* pro ' puer ... noster ' stat ' puer nobis similis et homo '.

tunt, unus est nec dividitur, quamquam [inexplicabilis][1] unio in eo inconfusa [videtur][1]. Cum [carnem nobis connaturalem ipse sibi adunasset][2] tota dispensatione eam passibilem et mortalem *esse* sivit, hoc est sanctam sine peccato, et resurrectione eam
5 impassibilem et immortalem fecit et reddidit, et omnibus modis incorruptibilem. Dixit enim pater noster sapiens[3] Cyrillus : « Is *p. 173. primus corpus suum in incorruptione suscitavit, et is primus id ad caelum suscitavit »[4]. Cum igitur ita sentio, illum et illum anathematizo.[5] [. . . . .] a dilectione
10 tua et fraternitate pendeo].

In libro etiam X, et in capitibus sedecim quae in eo infra exscripta sunt ea continentur quae ordine gesta sunt a tempore πεντεκαιδεκάτου, quod *est* annus 848 secundum computum Graecorum, usque ad finem iam τρισκαιδεκάτου, quod *est* annus
15 859, tempore rursus regni huius Iustiniani regis sereni qui hodie *est*.

Caput I, de Ephraim qui ad Orientem descendit.

II, de eis quae Bar KYLY Amidae gessit πεντεκαιδεκάτῳ et δευτέρῳ.

20 III, de Cyro presbytero de Leghin[6] pago, qui in tetrapylo Amidae crematus est.

IV, de Rabbulā Edessae ad Gemellinum[7] *episcopum* Pirin epistula, de eis qui sacramentum ut panem profanum comedunt.

V, de encaeniis ecclesiae Antiochiae *sitae,* et synodo etiam
25 quam congregavit Ephraim.

VI, de Kāsrun rege Persidis qui adscendit et Šurā et Ḥālābh et Antiochiam expugnavit.

VII, de Belisario qui descendit et Šišaraun[8] arcem terrae Persarum expugnavit.

30 VIII, de Kāsrun qui adscendit *et Callinicum et cetera castra[9] *p. 174. limitis[10] Euphratis et Ḥabhurā expugnavit.

[1] In ms. deest ; e MICH. et *Doc. Mon.* addidi. — [2] E *Doc. Mon.* haec addenda esse videntur. — [3] Ms. 'primus' (ex infra ; vide praef. ad textum, p. II) ; e *Doc. Mon.* correxi. — [4] Hoc non inveni. — [5] Pro seqq., quae e MICH. ('eius' in 'tua' correcto) addidi, stat in ms. 'et cetera quae sunt salutatio epistulae'. Vide textum, p. 147, n. 1. *Doc. Mon.* (post multa) 'totus a dilectione tua pendeo'. — [6] Cf. part. I, p. 124, l. 2 ; supra, p. 55, l. 12. — [7] MANSI, V, 882. — [8] PROC., *Bell.*, II, XIX, 24, Σισαύρανα. — [9] κάστρα. — [10] λίμιτον.

IX, de peste tumorum.

X, de Martino et Iusto qui Armeniam Persarum invaserunt et reversi sunt.

XI, de Kāsrun qui Edessam adscendit neque eam expugnavit et reversus est. 5

XII, de Iaco[bo] et Theodoro sacris episcopis fidelibus, qui consecrati sunt et ad Orientem missi, et quibus *cura rerum* administrandarum commissa est.

XIII, de regione Lazorum quae a Kāsrun expugnata est.

XIV, de defectu [1] frumenti et infecunditate τροφῶν (?) [2] quae 10 ἐνάτῳ et δεκάτῳ fuit.

XV, de Roma quam barbari expugnaverunt et exciderunt.

XVI, de ornamentis et aedificiis Romae.

CAPUT I LIBRI X. [3]

Cum Severus et Anthimus summi sacerdotes fideles ut in 15 libro IX superiore dictum est [4] a rege expulsi essent, et urbe regia recessissent ingressu Agapeti Romae, qui statim exitu mensis ādhār mortuus est τεσσαρεσκαιδεκάτου, et Sergius archiater qui eum adduxit, Ephraim qui Antiochiae *erat* quae in Oriente *est,* potens et fortis factus est ; et, cum litteras scripsisset *et* 20 [regem rogasset, exercitus magnus] [5] missus est et Clementinus [6] [. . . . . , et] mandatum accepit [*mense* kānu]n [7] πεντεκαιδεκάτῳ ut dicionem Orientis transiret et circumiret et perlustraret, et urbium habitatores in Oriente ipse verbo admoneret, et vi Clementinus, ut synodum reciperent ut ceteri [8] incolae Italiae 25 p. 175. *regionis Romae. Et hic Ephraim Ḥālābh et Qennešrin et Mabbugh advenit, et Batnas et Edessam, et Šurā et Callinicum et reliquum limitem [9] et Riš'ainā et Amidam et Tellā, Clementino eum comitante ; et multos subegit, hos verbo et amoris regis promissis, hos metu minarum et ἐξορίας et bonorum direptionis 30 et ἀξιῶν ademptionis et omnium artium interdictionis ; et alios

[1] ܦܘܪܥܠܐ alibi significat ' talus ', sed vide p. 131, l. 3. — [2] Vide p. 24, n. 3. — [3] Titulus fortasse excidit. Ex indice suppleri potest. — [4] Cap. XIX. — [5] E MICH. supplevi. — [6] MICH. add. 'ut cum eo in Orientem descenderent'. — [7] E. in Or. descendit ante 1 febr., quo die Joh. Tellensis comprensus est (DYAKONOV, *Ioann Efesskiy*, p. 30). Ergo '[hĕzīrā]n' legi non potest. — [8] Sic syr. — [9] λίμιτον.

extruserunt et de regione in regionem expulerunt, et videlicet monachos qui in tentatione fide probati et vere fideles inventi sunt. Et, quod hiems dura fuit ut ob multam nivem *et* insolitam volucres perierint, et . . . . . . fuit tribulatio . . . . . . hominum
5 . . . . ob mala . . . . . in regionibus diversis quo relegati erant. [Adprehensus [1] est vero] de monte Singarae [terrae] Persarum Iohannes fidelis Tellā [episcopus per] *virum* quendam cui nomen Com[etas] [2], et Antiochiae inclusus est, dum tribulationem patitur ; et [constantiam suam] [3] non mutavit, et in [tribu-
10 latione] perstitit [usque] ad initium [πρ]ώτου, [et in] carcere [ibi] [1] *vitam* finivit. [Et monachi] Orientis . . . . . et [monasteriis] suis extrusi sunt, et in regionibus [diversis et] in *urbe* Marde [4] degerunt [usque] ad τρίτον, quo Kāsrun adscendit et Šur[ā] et Ḥālābh et Antiochiam expugnavit. Theodosius vero
15 Alexandriae a rege ad eum vocatus est, et cum paucis de dicione sua episcopis adscendit ; quae synodum Chalcedonis omnino non recipiebat donec πρώτῳ Paulus ibi constitutus est. Et, cum Theodosius ad regem accessisset, et episcopi *qui cum eo *erant*, * p. 176. [ingressus] eorum Ephrai[m] litteris adnuntiatus est, [cum ipse]
20 Amidae esset ; et inde exire proposuit. The[odosius] autem [et qui] cum eo *erant* regi [apparuerunt] et . . . . . et quod non [adsentiebantur ad locum] quendam relegati sunt et ibi [degebant]; et regina honoris eorum studiosa erat nec quisquam familiarium eorum aliorumque prudentium prohibebatur quomi-
25 nus eos videret [et] eis ministraret. . . . .
. . . . . . Adscendit vero . . . . . . [πεντε]καιδεκάτῳ [5] . . . .
. . . . regem . . . . . multum . . . . . . dicit ei de [quodam . .] cui nomen Bwṭ[.. qui] aestate eiusdem anni ἀνταρσίαν Darae [fecit], qui . . . . . [6] ; et regem e curae tristitia eripuit ; quo
30 autem modo haud certe cognitum habeo ut scribam, et ob hoc taceo. Et, quoniam Paulus qui Th[eo]d[osio] ibi successit [archidiaconum [7] suum . . . . .] [1] qui . . . . . . propter fidei zelum [non adsensus est] in balneo inclusit et suffocavit et huius filium adprehendit et in custodia posuit ne patris sui mortem indicaret,
35 accidit vero ut evaserit et ad reginam accesserit, et per fideles

[1] E MICH. supplevi. — [2] Nomen e *Vit. Monoph.*, p. 66, suppl. — [3] E p. 26, l. 21, suppl. — [4] Ita ms. (v. Corrigenda ad textum). — [5] Alius numerus vix admitti potest. — [6] Fortasse [ܐܬܩܒ]ܠ 'receptus est'. — [7] ἀρχιδιάκονος.

patris sui familiares de morte eius terribili docuerit ; et propter hoc Ephraim Antiochiae Alexandriam missus est, et Abraham Bar KYLY[1] [cum eo], et, dum Palaestinam transeunt, monachum quendam secum duxerunt cui nomen Zoilus[2] (?), et Alexan[driam] adierunt, Pauli rem exploraverunt, eumque sede eius expulerunt 5 et Zoilum quendam syndicum[3] ibi inthronizaverunt ; et huius ab impetu populi urbis custodiendi causa χιλίαρχον Romanorum ibi *collocatorum* Acacium ⌜Bar Eškāphā⌝[4] amidensem constituerunt.

*p. 177. *CAPUT II EIUSDEM LIBRI X, DE EIS QUAE ABRAHAM BAR KYLY[5] 10 [AMIDAE GESSIT.

⌜Episcopus Amidae Abraham[6] Bar KYLY triginta annos fuit ; et vir fuit adspectu pulcer et comptus erat et circa corporis *curam* morosus : et postremo pro canitie quae in capite ac barba eius fuit visi sunt crines nigri ; et, cum Amidenses rem 15 novam quae facta erat explorarent, dicebant « Tempus malum iuvenuit. » . . .[7] Amida interpretatur ‘ moestitia ’ . . . .[7]. Et mos in ea erat ut diebus passionis ieiunii, diebus quibus omnes qui νόμῳ adprehensi sunt solvuntur nec fit quaestio, eos adsentiri cogeret, eosque in iudicium et in carcerem mitteret ; et multi 20 vapulaverunt, et alii carcere inclusi sunt ; et nonnulli[8] in tetrapylo cremati sunt. Et, cum diebus feriae quartae et praeparationis omnium septimarum ieiunii magni orationes precesque fierent, et hora vesperis oblatio offeretur et etiam daretur, et quoniam hic senex Abraham Bar KYLY die vesci solebat, et homines 25 verebatur nec Deum, ad id tandem advenit ut in peccatum magnum inciderit, passione gulositatis, et, cum similas lectas et vinum fragrans sumeret, corpus suum die nutriret et hora vesperis oblationem coram populo iactatione offerret et partici-
*p. 178. paret. Et hoc non malitia scripsi ; sed * quoniam id revera a 30

[1] Vide p. 26, l. 7. — [2] Hoc nomen ex infra fluxisse videtur ; vide praef. ad textum, p. II. — [3] σύνδικος. — [4] Sc. ‘ fil. sutoris ’. — [5] Tit. finem ex indice supplevi, seqq. e MICH. Haec de nostro fluxisse eo liquet quod capitis IV titulus, qui ap. MICH. etiam stat, hanc narrationem manifeste sequitur. Historia Cyri (vide capitis III titulum, in indice) proculdubio fusius narrata erat, sed Mich. eam superius (p. 272) de IOH. EPH. narraverat (ASSEM., *B. O.*, II, 52). — [6] Lacuna in textu. Hoc supplementum sensus requirit. — [7] Lacuna in textu. — [8] Sc. Cyrus. Hic cap. III videtur incipere.

sacerdotibus et diaconis eius didici ; idque invitus scripsi cautionis causa, et ut, cum apud lectores et auditores detegetur, preces pro eo offerantur, ut Deus ei ignoscat ; quoniam misericors etiam est Dominus, et peccata remittit nec perimit. Etenim pater
5 quidam aegyptius γνωστικὸς (?) [1] cadaver peccatoris cuiusdam vidit quod pompa sepeliebatur, et admonuit ac mandavit ut demitteretur et traheretur, ut cum contumelia contemneretur Deus ei parceret.

⌜CAPUT IV EIUSDEM LIBRI X, IN QUO [2] CAUTIONIS CAUSA, NE QUIS
10 TALI INIQUITATE DECIPIATUR, PARTEM EXSCRIBO⌝ EX EPISTULA QUAE A RABBULĀ SCRIPTA EST AD GEMELLINUM [3] EPISCOPUM PIRIN DE EIS QUI MYSTERIIS INIQUE UTUNTUR EISQUE UT PANE PROFANO VESCUNTUR.

Audivi in regione vestra Pirāye fratrum nonnullos quorum coenobia ignota sunt, aliosque ex insignibus [4] loci archimandritis
15 de se ipsis nomen vanum falso praetendisse se panem non comedere, et de sua persona iactationem vanam mendaciter clamasse se aquam non bibere, et suae personae nomen indidisse se vino abstinere. Ergo me audivisse eos corpore et sanguine Filii Dei Iesu inique uti memorare horreo [, audi-
20 torum auribus parcens] [5] ; quoniam vero vis recti me constrinxit *[ut a tali peccato cavere faciam] [6] haec dicere praesumo quae id *sunt* quod illi facere non horrent, eos corpus et sanguinem Iesu Christi Domini nostri insane et sine discrimine offerre, hoc est de corpore sancto et sanctificante quod sumpse-
25 runt, et sanguine vivo et vivificante quem biberunt eos ipsos, quos quomodo appellem nescio, perpetuam naturae suae famis ac sitis necessitatem impie explere, et ut oblatione [quae et] [7] victus eorum etiamsi unum diem sponte sua careant *fieri* non posse, sed semper cottidie magnam alimenti partem sacramento
30 constare ; et propter hoc fragmentum quod ipsi faciunt eos pinguiter fermentare [8], idque diligenter condire, idque studiose coquere, ut eis in cibum fiat, neque in mysterium corporis

* p. 179.

[1] Ita arab. (cf. p. 56, l. 22); text. impr. ἀγνωστικός ; corr. Chabot ἀγωνιστικός. — [2] Coniectura supplevi. — [3] Vide p. 117, n. 7. — [4] Ita MICH. ; ms. 'diaconis'. — [5] In ms. deest ; e MICH. addidi. — [6] In ms. deest ; e MICH. ('caveam' in 'cavere faciam' correcto) addidi. — [7] In ms. et MICH. deest. — [8] Ita MICH. et 'DION.' (ASSEM., *B. O.*, I, 409) ; ms. 'mundare'.

Christi quod azymis significatur ; et, quod reliquum est, quandocunque in angustias adducti sint, eos panem etiam profanum *et* haud dicatum super manus alium alius offerre et comedere ; et interdum, quando de loco in locum proficiscantur, vel iter longum faciant, eos *uno* die bis vel ter ex eodem Domini nostri 5 corpore naturae suae famem ac sitim restinguere ; et, postquam advenerint quo tendant, vespere rursus oblationem offerre, eamque ut ieiunos sumere; et diebus etiam sanctis ieiunii quadra- *p. 180. gesimae sic facere audere, sine timore Dei, et sine *pudore humano ; et homines qui ut dicant 'se a pane et aqua cunctos 10 dies contineant '[1] reperiri panem sanctum comedere, et vinum sacrum bibere talibus diebus illustribus quibus et sordidi etiam abstinent. Testificatur vero mihi spiritus qui in me *est*, frater noster sancte, me metuere omnia quae de eis audivi honori tuo scribere, eo quod mens mea ea vere credere non potuit. Et 15 utinam fieri posset ut sine epistula mea vel sermone tu scires quae docere [2] volo, et hi a correctione tua admonitionem acciperent ; quoniam nihil [quod][3] de eis auditur aut te, mi domine, aut eos scire volebam. Ne igitur tu opineris vel ipsi putent me malae de eis famae credentem haec de eis tibi scripsisse ; sed 20 adhuc dubitans aliis etiam dico tale magnum peccatum ab eis qui in Christo baptizati sunt nunquam factum esse posse. Ferunt enim, postquam sacramento in patina functi sint, eos quantum velint de eo leviter comedere [4], ipsam autem sanguinis calicem unumquemque eorum aqua calida quantam possint temperare, 25 ut vinum dilutum, et bibere, eamque rursus implere et socio suo dare, ut ob vini copiam quam sacramenti nomine bibant id saepius etiam ex ore reicere cogantur. O summam hanc iniqui- *p. 181. tatem, si *ita* se habet, quod vasa sacrata veneranda, * quibus propter mysteria quae in eis *sunt* rationales etiam caelestes 30 confidenter adpropinquare timent, hi vita sua spreta vasa ministerii ventris sui fecerint, nec recordati sint saltem supplicium quod Baltassar rex paganus accepit et correptus est, quod quoniam vasibus ministerii Dei ut impudens Deum contumelia adficere proposuit, eo quod eis contemptim usus est, forma volae 35

[1] Ita MICH. ; ms. ' de pane .... dies comedunt '. — [2] Ms. ' discere '. — [3] In ms. excidit. — [4] Ita MICH. ; ms. ' comedisse '.

manus scribentis de alto missa est quae in pariete domus eius aequum audaciae [1] eius supplicium scriberet [2]! quamvis vasa ministerii templi Hierosolymis *siti* cur vasibus illustribus corporis et sanguinis Filii Dei comparentur? Neque enim panis proposi-
5 tionis sacerdotum Israel in ulla *re* gloriae mysterii sublimis comparari meretur; et, si quis panem mensae quem David comedit cum esurisset [3] corpori vivifico Dei Verbi aequiparat, oportet nos eum ut hominem stultum intueri qui Domini corpus et sanguinem a pane propositionis non distinguat; propter
10 hoc 'reus' est 'corporis et sanguinis Domini nostri' [4]. Ille [5] enim maculas corporales aegre mundabat cum baptismi etiam multifarii cum eo sociarentur, et observantiae rerum complurium; hoc autem Domini Iesu corpus *vivificum* et sanguis vivificus non solum animae et corporis peccata eorum qui id cum fide
15 sumpserunt condonat et sanctificat, sed Deum etiam facit ut et ipse in nobis sit per Spiritum suum ut nos in eo per corpus eius [6]. *« Qui comedit meum corpus et bibit meum sanguinem », * p. 182. dicit Filius Dei, « is in me est, et ego in eo, et ego suscitabo eum die ultimo » [7]. Aliter rursus huius ministerii magnitudinem intel-
20 legere possumus, quod novum est a Deo Verbo nobis traditum, e supplicio quod Paulus eis qui ⌜id spernunt [8] decrevit duriore et asperiore quam quod recipiunt [9] qui antiquum a Mose *datum* proculcant. Dixit enim: « Si qui Mosis νόμον transgrediebatur ore duorum et trium testium sine miseratione moriebatur, quanto
25 magis supplicium acerbum mereret qui Filium Dei conculcavit, et sanguinem διαθήκης eius ut cuiusvis hominis aestimavit, et spiritui gratiae eius qua sanctificati sumus contumeliam fecit? » [10] Hunc igitur panem vitae 'qui de caelo descendit', propter suam cum Deo Verbo unionem, 'et mundo vitam dat' [11], quis adeo
30 insaniit ut pani propositionis cum conditione de terra *accepta* comparet? Sed sententia eius qui hoc sentit aut facit nota est et clare etiam videtur reapse eum panem profanum reputare, ut eum videt, qui adeo insane eum sumit, nec Filio credere qui dicit:

[1] Ita Mich.; ms. 'misericordiae'. — [2] Dan., v, 2-5. — [3] I *Reg.*, xxi, 6. — [4] I *Cor.*, xi, 27. — [5] Requiritur potius 'hic', et infra 'illud'. — [6] Ita Mich.; ms. 'nostrum'. — [7] Ioh., vi, 55-57. — [8] Ita Mich.; ms. 'eo fruiti sunt'. — [9] Ms. 'recipimus'; e Mich. correxi. — [10] *Hebr.*, x, 28, 29. — [11] Ioh., vi, 33.

« Panis quem dabo corpus meum est quod pro mundi vita datur»[1]. Non solum igitur panis in Christi corpore est, ut eis apparet, sed in pane corpus Dei quod non apparet, ut credimus, et corpus
*p. 183. recipimus[2] [non in satietatem ventrium nostrorum, * sed in animarum medicinam. Qui enim panem consecratum fide come- 5 dunt, et in eo et cum eo corpus vivum [3] Dei sanctificatoris [3] comedunt ; et qui eum sine fide comedunt alimentum accipiunt ut cetera ⌜quae ad usum corporis⌝ *sunt.* Si enim panis rapietur ⌜et ab hostibus[4] vi comedetur, panem profanum comedent, quoniam ⌜eius esores fidem non habent[5] quae vitalitatem[6] eius 10 percipit. Panem enim palatum gustat ; virtutem autem in pane absconditam fides gustat. Non enim id quod comeditur tantum Salvatoris nostri corpus est, ut paulo[7] antea diximus, sed id quod cum eo sociatur, ut credimus. Virtus[8] enim quae non comeditur cum pane[9] edibili sociatur, et participibus eius unum 15 fit, sicut nomina abscondita cum aqua visibili sociantur, et ex eis regeneratio nascitur. Spiritus enim absconditus[10] aquam manifestam incubat, ut ex ea forma Adam caelestis noviter[11] nascatur. Sicut igitur in aqua visibili nomina quae non apparent abscondita sunt, ut omnibus qui ea aperte baptizantur vitam impertiat 20
*p. 184. quae non apparet, ita etiam in pane manifesto * virtus occulta latet, ut quisquis eum iuste participat vitam haud morituram ex eo adipiscatur; et Paulo[12] credimus eos qui contemptim recipiunt animae et corporis detrimentum ex eo adipisci, nec lucrum, quamvis inter fideles reputentur. Et, si verbo apostoli parent 25 qui dicit : « Scrutetur seipsum homo et tunc de hoc[13] pane edat et de hac calice bibat ; et quicunque indignus ex eo comedit, damnationem sibi ipsi[14] comedit et bibit », idem etiam verbo suo indicat huius corporis et sanguinis contemptus causa morbos diversos et mortes repentinas aequo iudicio nobis contingere. 30 « Propter hoc infirmi et aegri inter vos multi sunt, et multi *sunt* qui subito[11] dormiunt. Et, si nos ipsos iudicaremus, non iudica-

[1] Ioh., vi, 51. — [2] Folium deest. Uncis inclusa e Mich. supplevi. Excerpta etiam ex Add. 14532 ap. Overbeck in editione Ephr. Syri exstant (p. 230). — [3] Mich. om. — [4] Mich. ' ab hostibus et '. — [5] Mich. ' os esorum . . . . non habet '. — [6] Overb. ' dulcedinem '. — [7] Mich. ' etiam '. — [8] Mich. ' Corpus '. — [9] Mich. ' corpore '. — [10] Overb. ' abscondite '. — [11] Mich. ' accurate '. — [12] Arab. ' verbo Pauli '. — [13] Impr. om. ; ex arab. addidi. — [14] Impr. ' ille '.

remur; et, cum a Domino nostro iudicamur, castigatione castigamur, ne cum mundo damnemur »[1]. Si igitur qui statis ministerii diebus communicant, et unam tantum panis[2] vitae particulam[3] sumunt, nisi passione paenitente et timore reverente
5 fideliter eam recipiunt, cum non ultro fidei suae contrarium reapse operentur, 'corporis et sanguinis Domini rei' sunt, ut dixit Paulus, quia Domini corpus non discreverunt[4], quod supplicium est eo quod apostolus his decrevit durius quod adiciamus etiam ut damnationi sit eorum qui sine timore id offerunt, nec
10 *fidei utilitatem sumunt, sed famis suae necessitatem? O talem adrogantiam cui exsecandae (?)[5] timor divinus non sufficit. Quis auditum etiam non horreat, de illo ignis voracis carbone ut de pane profano eos corporum suorum necessitates explere? Quis narrare etiam non verebitur, de carbone qui vitae nostrae
15 fundamentum *est*, quem, ut mysterii nostri splendorem doceret seraph[6], forcipe ferreo manu tenentem nobis ostendit, et cum intuitus esset videntem et reverentia ut eum prehenderet adpropinquantem[7], hos ad satietatem et sine metu comedere, et corpus quod pro vita futura[8] datum est, cor eorum non horrere ut
20 timeat, nec manus eorum laxatas esse ut remitterentur, nec genua tremuisse ut caderent, cum illud ut vitae corporalis alimentum comedunt? Et dicere fortasse debemus Dominum nostrum quoque scientia sua omnia futura explorante horum facinus cognovisse, et ab hoc, postquam de paschate legali
25 comederunt et satiati sunt, tunc pani benedixisse *eum*que discipulis suis dedisse, ne hi dicerent eos postquam benedixisset satiatos esse; sed, postquam satiati sunt, benedixit quando magister parvum fragmentum de eo sumpsit et discipuli eius; et super calicem dixit: « Sumite, bibite de ea omnes »[9], ut hac *re*
30 intellegerent de calice parva qua bibebant homines duodecim sumpsisse. Et necesse *est* dicere eos de se putasse se ἰδιώταις in admiratione futuros, pane et vino temperantes, nec percepisse *fore ut risus qui a scientibus *venturus erat* ineptorum eis similium laudem superaret et in eos magis valeret, et in eos
35 redderetur. Qui tanta iniquitate quae non condonatur gloriam

* p. 185.
* p. 186.

[1] I *Cor.*, XI, 28-32. — [2] Impr. om.; ex arab. add. — [3] Litt. 'margaritam'. — [4] I *Cor.*, XI, 27, 29. — [5] Arab. 'occidendae'. — [6] Sic confuse currit clausula. — [7] Is., VI, 9. — [8] Impr. 'locuplete'; ex arab. correxi. — [9] MATTH., XXVI, 27.

quae a mortalibus *venit* in se acceperunt, quamquam eam non lucrati sunt, ne homines quidem nominari debent, sed eos canes rabidos appellari aequum est. Canum enim qui rabiunt hoc signum est, eos domini sui corpus comedere adgredi. Qui enim se ipsum pane interdixit oportet nihil omnino gustare usque ad 5 tempus sibi prohibitum. Et ex eo liquet quod, cum Saul decrevisset ne quis die pugnae usque ad vesperam quidquam gustaret, Ionathas, qui summitate virgae suae mellis *aliquid* gustavit, morte damnatus est, nisi vi populi ereptus esset [1]; quoniam, « initium vitae hominis panis et aqua » [2], dixit Iesus filius Simeonis 10 Asirā [3] — de panis nomine in omnes cibos verbum suum extendit. De his vero ferunt, postquam oblationem die receperint, eos iterum porro vespere eam participare, necnon cibos alios etiam manducare ; betam coctam] leviter, et legumina condita leviter manducare ; caseo vice panis sustentari [4]; piscibus porro omnium 15 gustuum cupidines suas pellere ; pomis recentibus multum adlevari, et passis magis delectari, cum favis mellis et σφαίραις ovorum ; et, quoniam calor vini quod sacramenti nomine bibant eis magis sitim faciat, totam aestatem lac ovium *et caprarum quod praesto est [vice aquae] [5] semper bibere ; et hoc porro 20 astutia fecisse ; expertos esse enim lactis humiditatem ac frigus ardorem perpetuum qui ob vinum in stomacho [6] eorum fiat lenire posse. Propter haec ipsa autem et quod ad ea tempore opportuno contra eos etiam dicitur ut fiet aequa Domini correptio, quam ad Eli propter filios eius fecit : « Cuncta bona terrae vobis iam 25 dedi, ut sine peccato eis utamini ; ut eis cunctas oblationes filiorum Israel seposui ut sine reprehensione eis fruerentur. Quare vos etiam in corpus meum et in sanguinem meum impie egistis ut qui in sacrificiis meis et oblationibus meis iniuriam fecerunt ? » Et, quandoquidem iniquitas quae ab his in Deum 30 facta est iniquitatem quam illi in populum operabantur multum superat, terror fiet ac tremor magnus si patientur, ne exemplum etiam supplicii quod in hos exiit in eos decernatur. Propter hoc ita dicit Dominus Deus Israel : « Dicens dixi domum tuam et

* p. 187.

[1] I *Reg.*, XIV, 24-45. — [2] SIR., XXIX, 21. — [3] Requiritur potius ' Bar Asirā '. — [4] Ita sensus ; textus vix sanus est. — [5] In ms. deest ; e MICH. addidi. — [6] στόμαχος (e MICH. corr.) ; ms. ' prodigentia '.

domum patris tui coram me ministraturam in saeculum ; et nunc dicit Dominus, 'Absit mihi ; quoniam me honorantes honorabo, et me contemnentes contemnam' »[1]. Vides quomodo eos a sacerdotio in saeculum reiecerit, eosque domui suae infames et
5 alienos fecerit. Quid vero dicet[2] de eis qui nec cum Veteris *Testamenti* prophetis concordant, nec Novi apostolis similes fiunt ? Aequum vero fuisset eos a principe saltem apostolorum * Petro discere quidnam cibus eius esset. Aperte enim adnuntiavit *p. 188. quo vita eius corporalis constaret. Cum enim Clemens lectus
10 discipulus eius ab eo rogasset ut eum ipsum solum ministrum eius fieri sineret, ita ei dixit studio eius laudato et alimento suo irriso : « Quis enim tantum ministerium *perficere* valet ? Nonne panem et olivas semper comedimus, et fortasse interdum reperietur et olus ? »[3]. Nec porro a Paulo veritatis praedicatore
15 traditionem bonam acceperunt. En ! enim is quoque ob magnitudinem necessitatis suae misit *et* tunicam suam vendidit, et pretio eius scriptum est eos panem tantum emisse et ad eum attulisse cum olere[4], ut nobis etiam νόμον opere suo daret, ut verbo suo : « Alimentum et vestitum si habemus, hoc nobis
20 sufficit »[5]. Et, si eis parvum est apostolos mundi columnas imitari, Dominum saltem apostolorum opificem mundorum et omnium quae in eis *sunt* aemulentur ; sed forsitan dispensatio etiam Domini nostri humana in oculis eorum spreta ac contempta sit. En ! enim et Dominus noster se panem manducare nobis ubique
25 ostendit ; et panis ne tritici quidem fuit sed hordei fuit,[6] et septem alii qui verbo eius nati atque aucti sunt, de quibus quattuor milia manducaverunt, et septem σπυρίδας reliquerunt dum pane plenae sunt. Et ubi pascha cum discipulis suis comedit panis azymus ei appositus erat ; et post resurrectionem eius
30 etiam a mortuis panem cum discipulis suis comedit quadraginta dies[7], ut Domini nostri dispensatio et incarnatio corporea ab eis crederetur, ut * et ipsi scripserunt, Iesum cum eis intrare *p. 189. et exire solitum esse[8]. Et Cleopae socioque eius, quos eum

[1] I *Reg.*, II, 30. — [2] Ms. 'dixit' ; e MICH. correxi. — [3] *Clem. Hom.*, XII, V, VI ; *Recogn.*, VII, V, VI. De vers. syr. (LAGARDE, p. 148) citatio non sumpta est. — [4] *Acta Pauli et Thecl.*, XXIII ; vers. syr., ed. WRIGHT, p. 14. — [5] I *Tim.*, VI, 8. — [6] Excidit fortasse mentio quinque panum inter quinque milia divisorum. — [7] *Act.*, I, 3 ; X, 41. — [8] *Ibid.*, I, 21.

agnoscere in via cum eis ambulantem noluit, super panem benedixit et eis intra domum fregit et deinde eum perceperunt. Sed hi ut audio nec deceptoribus in operibus suis adhaerent, nec veris [1] in factis suis consentiunt ; non enim naziraei [2] sunt ut marcionistae, neque ascetae christianorum instar. En ! enim 5 negatoribus haud similes sunt qui legumina tantum aut panem comedunt, et super oblationibus suis mendacium non adgrediuntur, nec nobis fidelibus adsimilati sunt qui panem profanum mensura comedimus, et fundamentum vitae nostrae verae in pane consecrato sumimus. Quare hi voraces non se ipsos exer- 10 cuerunt ut pauca tantum eis sufficiant ? et qua de causa hi *ἄσωτοι re* aliqua contempta et spreta ventris sui famem pellere non adsuefacti sunt ? et quamobrem non panem tantum comedunt qui praesto est et facilis et idoneus(?) ? Sed manifestum est ne adfligantur. Si autem vere corpora sua adfligere volunt, ne 15 satientur panem tantum comedentes. Et iam tabuerunt et confecti sunt et infirmati. Sed clarum ac planum est hos cum corporibus suis non certare, sed nec cum Satana luctari, sed gloriae vanae causa rationibus fraudum suarum malarum laborare, neque asceseos adflictionibus. — Et cetera porro epistulae cum citatio- 20 nibus de Scripturis *sumptis*.

* p. 190. *CAPUT V, DE *ENCAENIIS* QUAE EPHRAIM ANTIOCHIAE FECIT ECCLESIAE ET SYNODO EPISCOPORUM DICIONIS EIUS.

Ephraim qui summus sacerdos Antiochiae fuit ecclesiam formae rotundae et quattuor triclinia ei contigua de fundamentis 25 reaedificavit Antiochiae ; et quando dedicationem eius fecit episcopos CXXXII a dicione sua congregavit *anno* πρώτῳ ; et ab unoquoque eorum encaeniis eiusdem ecclesiae collectam accepit prout voluit manu larga ; et synodum Chalcedonis scripto confirmavit, quod episcopi quos congregavit postulati sunt ; et sanctum 30 Severum patriarcham fidelem [3] anathematizaverunt et quisquis ei consentiret nec synodum reciperet. Deus vero, qui oppressis iudicium facit, in eum et in urbem Assyrium post paulum tempus excitavit, secundum verbum prophetae qui dixit : « Assy-

[1] Ita MICH. ; ms. ‘ veritati ’. — [2] Ita MICH. ; ms. ‘ circumcisi ’. — [3] MICH. ins. ‘ quod ad eos ’, vel ‘ quasi de suo ’.

rius baculus furoris mei *est*, et virga plagae meae. In populum inconstantem mittam eum, et in populum iracundum ei mandabo, ut captivos abducat et praedam diripiat »[1]. Et τρίτῳ post annos duo Kāsrun contra Antiochiam adscendit, ut capite sequente 5 scriptum est.

CAPUT VI[2] [. . . . .

*(FRAGMENTA CAPP. VI-VIII.)[3] *p. 191.

Kāsrun rex Persarum adscendit, et de Šurā urbe captivos abduxit, atque Antiochia et Ḥālābh et Apamea, et regionibus 10 earum, captivitatem acerbam. Et Romani ad Persidem descenderunt et de regione Curdorum et Arzanāye et Arabum captivos abduxerunt.

Et Kāsrun iterum adscendit exercitu magno et de Callinico captivos abduxit, et tota regione meridiana Beith Nahrin[4], et 15 reversus est.

(FRAGMENTUM CAP. IX.)[5].

(Zacharias vero disertus porro de hoc ipso flagello ita scripsit.)

Pro] eo quod in Ezechiele propheta [in *textu* syriaco] dicit : « Omnia genua aqua fluent », in graeco scriptum est « Omnes 20 coxae pure polluentur »[6]. Et hoc de bubonibus dicit. [Et haec pestis, quae eruptio tumoris *est* cum papulis coxarum et alarum *hominum, ab ⌈Aethiopia Aegypto finitima[7] et Alexandria *p. 192. incepit, et Libya et Palaestina et Phoenice, et Arabia et Byzantio, et Italia et Africa et Sicilia et Gallia, et penetravit ad Galatiam 25 et Cappadociam et Armeniam, et Antiochiam et Osrhoenen et Mesopotamiam, et paulatim ad terram Persarum, et ad populos qui in oriente *et* septentrionibus *habitant,* dum necem facit. Et qui plaga percussi sunt et casu effugerunt nec mortui sunt vacillabant et tremebant ; et Satanae plagam esse cognitum est,

[1] Is., x, 5, 6. — [2] Seqq., praeter duas clausulas cap. IX in V conservatas, desunt. Lacunas ex aliis fontibus (separatim citatis) partim supplevi. — [3] De MICH. et IAC. EDESS. ; vide not. ad textum. — [4] Vide p. 14, n. 2. — [5] Duae primae clausulae in V reperiuntur ; vide textum, p. 110, n. 14. Uncis inclusa e MICH. supplevi. — [6] EZECH., VII, 17. — [7] Ita BARH. ; MICH. impr. ‘Aeth. in Aeg.’ ; arab. ‘Aeg. et Habessinia’.

qui a Deo mandatum acceperat ut homines castigaret. [Et][1] in urbe Emesa caput erat Iohannis Baptistae ; et multi apud id confugerunt et servati sunt ; et daemones oribus hominum eiulabant apud sanctum reclamantes.

(FRAGMENTA CAPP. X, XI.)[2] 5

Romani [cum exercitu] descenderunt et multa in regione [Armeniorum][3] perdiderunt.

Et rursus adscendit Kāsrun et pugnam contra Edessam fecit et, cum eam expugnare non valuisset, captivos de Batnis abduxit et abiit ; et *id* cum nemo fuisset qui vocem suam elevaret et 10 ularet secundum id quod scriptum est[4].

* p. 193. *(FRAGMENTUM CAP. XII.)[5]

Ἀνάγκης causa et paucitatis pastorum in terra Persarum erat Cyrus quidam episcopus fidelis, et sacerdotes consecrabat et faciebat a πρώτου et usque ad hunc ὄγδοον. Et, ne principes 15 corporum fidelium reprehensionem incurrerent, aut ut[6] ab adversariis diffamarentur ei qui in terra Persarum sacerdotes facti sunt et κίνδυνος eis accideret, iuste zelo moti sunt et studuerunt et recta cogitaverunt, et in Arabia summos sacerdotes consecraverunt et constituerunt, Theodorum monachum, virum 20 studiosum, qui in urbe regia adfuit, et Iacobum strenuum et impigrum qui valde adsiduus *erat* et ubique libenter aderat visitans et confirmans. Et vir erat abstinens et *rebus mundanis* vacuus, et qui pedibus velox *erat*, et ut Asael ibat[7]. Et presbyter fuit in monasterio Pĕsīlthā[8] de pago G'MW' in monte Izlā. Et 25 παραθήκῃ quae ei commissa est multos de terra Persarum redemit.

(FRAGMENTA CAPP. XIII, XIV.)[9]

Kāsrun rex Persarum rursus adscendit, et de Petra ⌜urbe Lazicae[10] captivos abduxit, et praesidium in ea collocavit : et 30

[1] In textu deest. — [2] Haec, quae cum indice arcte quadrant, e MICH. et IAC. EDESS. supplevi. Clausula prior ap. MICH. deest. — [3] Vide not. ad textum. — [4] *Iudic.*, XXI, 2; et passim (?). — [5] De MICH. Ob numeros graecos nostro attribui. Vide notam ad textum. — [6] Sic textus. — [7] II *Reg.*, II, 18. — [8] Sc. 'latomiae'; vide p. 55. — [9] De MICH. et IAC. EDESS. — [10] MICH. om.

exinde[1] Romani *contra eam continuo pugnabant annos septem ; *p. 194.
et tunc Persae victi sunt et Romani eam ceperunt.

Eo tempore defectus[2] fuit frumenti et infecunditas τροφῶν[3] ⌜per totam regionem Orientis⌝ *anno* ἐνάτῳ ; et fames animam ac
5 corpus adficiebat. Et pestis eam sequebatur, [4] et accidit hominibus calamitas bulimi[5] hoc est fames taurina. Homo enim *uno* tempore decem λίτρας panis comedebat, fructibus insuper adiectis, voraciter et avide ; et, cum cibo gravis factus et inflatus esset, tamen non satiabatur, sed esuriit et vorax fuit, et ventre pleno
10 panem poscebat ; itaque moriebatur.

CAPUT XV,] DE EXCIDIO ROMAE QUAM DIEBUS IUSTINIANI BARBARI EXPUGNAVERUNT ET EXCIDERUNT.[6]

[. . . . . Et, ut scias quantum detrimentum imperio Romanorum expugnatione eius factum sit, en ! descriptionem
15 eius, quamvis succincte, exscribo, *viri* cuiusdam qui *rem* bene cognoverat et aedificiorum eius spectator fuit.]

Anno 3° excidii Ilii urbis, quae diebus Samson et Eli sacerdotis[7] qui Hierosolymis *fuit* excisa est, reges constitui inceperunt in urbe Roma quae antea vocabatur Italia, et reges qui in ea
20 regnabant vocabantur Litinorum[8]. Et diebus Ioatham et Achaz *regum Iuda regnavit in ea Romulus ; et urbem aedificiis magnis *p. 195.
et insignibus condidit, et nomine eius Roma vocata est, et regnum incolarum eius Romanorum vocatum est, a tempore Ezechiae regis.

[CAPUT XVI] DE ORNAMENTIS ET AEDIFICIIS QUAE IN URBE ROMA
25 *SUNT.*[9]

Narratio autem ornamentorum urbis *sermone* succincto *data* ita *se habet,* de opulentia eorum et de felicitate eorum multa ac praestante, et luxibus eorum et voluptatibus magnis et splen-

[1] MICH. om. — [2] Vide p. 118, n. 1. — [3] Vide p. 24, n. 3. — [4] Seqq. ad 'taurina' in textu MICH. om. sunt. E BARH. addidi. Ap. IAC. EDESS. haec brevius narrata sunt. — [5] βούλιμος. — [6] Uncis inclusa e MICH. supplevi. Ad descriptionem cap. XVI datam manifesto referunt, ideoque e nostro sumpta sunt. — [7] Ms. 'sacerdotum'. — [8] Sic syr. — [9] In C tit. est 'Ex ἐκκλησιαστικῆς Zachariae de capite XVI libri X'. Textus amborum mss. et MICH. a Guidi *(Bull. della Comm. arch. di Roma,* XII, 218 ; XIX, 61) cum notis doctissimis editi sunt. Cf. etiam MICH., p. 49, et Notitiam ap. JORDAN, *Top. d. Stadt Rom,* II, 571.

didis, ut in urbe magna mirae amplitudinis. Est vero praestantia ornatus eius ita, praeter pulcritudinem quae intra domos *est*, et aedificationem[1] amplam columnarum atriorum eorum et villarum[2] eorum, et scalarum eorum et ⌜altitudinem eorum sublimem[3], ut in urbe illa mirae amplitudinis.

Sunt in ea ecclesiae apostolorum beatorum ecclesiae catholicae XXIV.

Sunt in ea basilicae magnae II, ubi rex sedet et σύγκλητοι[4] coram eo cottidie congregantur.

Sunt in ea vici magni extensi CCCXXIV.

Sunt in ea capitolia magna II.

Sunt in ea dei aurei LXXX.

Sunt in ea dei eburnei LXIV.

* p. 196. *Sunt in ea habitationum domorum XLVI milia et ⌜sexcentae tres[5].

Sunt in ea domus primorum mille septingentae nonaginta septem.

Sunt in ea canales qui aquam effundunt mille trecenti quinquaginta duo.

Sunt in ea pistores qui *panem* fingunt et incolis urbis annonas[6] adsidue dant ducenti septuaginta quattuor praeter eos qui in urbe fingunt et vendunt.

Sunt in ea sepulcrorum ubi componunt et sepeliunt quinque milia.

Sunt in ea bases[7] marmoreae magnae triginta una.

Sunt in ea ἀνδριάντων aeneorum regum et magistratuum tria milia et septingenti octoginta quinque.

Sunt in ea item ἀνδρίαντες aenei domus Abraham et Sarae et Agar et regum domus David viginti quinque, quos Espisianus rex adportavit, cum Hierosolyma excidisset, et portae ipsorum Hierosolymorum, aliaeque res aeneae.

Sunt in ea ἀνδρίαντες duo colossici.

Sunt in ea columnae duae cocleae[8].

Sunt in ea duo circi.

---

[1] Ms. 'contemplationem'. — [2] ܦܪܣܛܘܠܗ hoc saepius significat, nec cum Guidi περίστυλα conicere mihi necessarium videtur. Vox graeca syris incognita suffixum vix haberet. — [3] Ms. 'altitudinis eorum sublimis'. — [4] Vide p. 29, n. 2. — [5] C 'DCCXCIII'. — [6] ἀννώνας. — [7] βάσεις. Coni. Fraenkel (*ZDMG.*, LVI, p. 100) ܦܣܠܝܕܣ (ψαλίδες); *Not.* 'arci'. — [8] *Not.* 'coclides', quod syrus male intellexit.

*Sunt in ea theatra ⌜duo et unum[1]. *p. 197.
Sunt in ea 'WRY'[2] duo.[3]
Sunt in ea κυνήγια tria.
Sunt in ea domus 'WLD'[4] quattuor.
5 Sunt in ea imphea[5] undecim.
Sunt in ea equi aenei[6] magni et fortes viginti duo.
Sunt in ea balneae nongentae viginti sex.
Sunt in ea arbiliqon[7] quattuor.
Sunt in ea ⌜ṭinon enqipbiṭoriyon[8] quattuordecim.
10 Sunt in ea παρεμβολαί[9] ⌜equorum aeneorum unicorum[10] duae.
Sunt in ea σεῖστρα[11] XLV.
Sunt in ea ἀποθηκαρίων olei δημοσίων duo milia et trecenta.
Sunt in ea carceres[12] 'SPWQ'[13] ducenti nonaginta unus.
Sunt in ea in regionibus (?) δημοσίαις (?) latrinae ducentae
15 quinquaginta quattuor.
*Sunt in ea emparke[14] qui urbem custodiunt sexcenti septuaginta tres, et qui omnibus imperant septem. *p. 198.
Portae ipsius urbis sunt triginta septem.
Est vero totus circuitus ipsius urbis pedum ducenta sedecim
20 milia et triginta sex, qui faciunt milia passuum quadraginta.
Est latitudo intra urbem ab oriente ad occidentem milia passuum duodecim, et a septentrionibus ad meridiem milia passuum duodecim.[15]
Fidelis autem est Deus, qui felicitatem eius posteriorem priore

[1] Sic V; C et MICH. 'tria'. — [2] Coni. Guidi θεώρια. — [3] Haec clausula a C, et seq. a V et MICH. (p. 49 et p. 310) om. est. Altera fortasse delenda est; sed scribam cod. C 'WRY' vel θεώρια (?) in κυνήγια correxisse vix credam. — [4] *Not.* 'ludi'. — [5] Mich. 'Olympia'; *Not.* 'nymfea'. — [6] Ms. 'qui debiles sunt'; e MICH. correxi. — [7] Sc. κοόρτης βιγίλων; *Not.* 'coh. vigilum' (Guidi); sed, cum Notitia ap. MICH., p. 49, quae non de nostro sumpta esse videtur, idem habeat, non correxi. — [8] Sc. ὤντινων ἐξκουβιτόρια; *Not.* 'quorum excubitoria' (Urlichs ap. Guidi). — [9] Ms. et MICH. 'PRNM'BWL''; corr. Guidi. — [10] *Not.* 'equitum singularium', quod syrus male intellexit (Guidi). — [11] Vide Fraenkel in *ZDMG.*, LVI, p. 99; *Not.* 'lupanaria'. — [12] Corr. Duval ap. Guidi ܐܦܘܬܩܐ, Fraenkel ܬܐܣܘܪ̈ܐ (thesauri); *Not.* 'horrea'; sed MICH., p. 49, idem habet. — [13] MICH., p. 49, ܐܣܦܘܩܐܪ; coni. Fraenkel ܐܘ ܦܘ̈ܣܩܐ ('vel horrea'). — [14] Sc. ἔπαρχοι, sed, cum MICH., p. 49, ܐܘܡܦܪܟܐ habeat, non correxi. — [15] Pro seqq. habet C 'praeter multa quae hic non notavimus. Haec vero notavit auctor urbem deplorans, quod tempore eius barbari eam intraverunt et exciderunt.'

maiorem faciet, quoniam gloria omnis imperii dicionis Romanorum magna facta est.[1]

(LIBRI XII CAPUT IV.)

. . . .

. . . . 5

studiose eam [admonebat] ne hoc turpiter faceret et spiritui suo noceret, propter iudicium aequum futurum. Et dixit ei : « Quomodo adorabo eum [qui] non videtur quemque ignoro? » Et post haec, cum ea die quodam in paradiso suo degeret, et haec in mente eius agitarentur, in fonte aquae qui in paradiso erat 10 imaginem Iesu Domini nostri vidit [quae][2] in lino picta erat et in aqua erat. Et, cum eam sustulisset, eam non humidam esse mirata est ; eamque in φακέλῳ quo induta erat honorandi causa *p. 199. operuit, et ei *qui eam admonebat attulit *et* ostendit ; et in ipso φακέλῳ etiam simulacrum in omni re eius qui ex aqua adscendit 15 inventum est. Et imago una Caesaream intravit aliquanto temporis post Domini nostri passionem, et imago altera in pago Camulia servata est, et templum in honorem eius conditum est ab Hypatia quae christiana facta est. Post aliquantum vero temporis mulier alia de Diyāb̮hud̮hin[3] (?) pago supra scripto 20 dicionis Amasiae, cum haec didicisset, zelo adfecta est, et nescio quo pacto unius imaginis exemplar ad pagum suum Camuliis adportavit, et in illa regione eam vocant ἀχειροποίητον, manibus non factam. Et ea etiam rursus templum in honorem eius condidit. Haec ita *gesta sunt. Anno* 27° regni Iustiniani, τρίτῳ, 25 caterva praedonum barbarorum ad pagum Diyāb̮hud̮hin (?) venit, eumque incedit, et templum, et populum in captivitatem abduxit. Et studiosi quidam, regionis incolae, regem serenum de his *rebus* certiorem fecerunt, et oraverunt ut φιλοτιμίαν daret et templo pagoque pax redderetur, et populus redimeretur. Et quod voluit 30 dedit. Quidam vero eorum qui in palatio[4] regi adhaerebat[5] consilium dedit ut per hos sacerdotes Domini nostri imago per urbes ἐγκυκλίῳ circumferretur, et argentum colligeretur quod ad templum et pagum condenda sufficeret. Et iam a τρίτῳ et usque

[1] Liber XI, libri XII capp. I-III, et init. cap. IV desunt. — [2] In ms. excidit. — [3] Fortasse Diobulium (Sieglin ap. Dobschütz in *Texte u. Untersuchungen*, Neue Folge, III, p. 5**, n. 8). — [4] παλάτιον. — [5] Sic syr.

ad ἔνατον id portant. Et haec dispensatione accidisse opinor, quoniam Christus secundum sensum Scripturarum duo habet adventus, unum humilitatis qui etiam ante hunc annum ἔνατον, et regni item Iustiniani 33[um] 562 annis factus est, et unum
5 gloriae futurum quem exspectamus. Et *ἐγκυκλίου mysterii et imaginis et laurati [1] Regis ac Domini superorum et terrestrium qui futurum est ut statim reveletur haec significatio est. Et nimirum ego me ipsum et fratres meos oro, quoniam timor *est* ne in Dei manus incidamus, ut omnes passionem et paenitentiam
10 agant, quod operum eorum ratio ab eis reposcetur ; quod adventus Dei nostri iudicis aequi iam adpropinquavit cui cum Patre eius et Spiritu sancto gloria amen !

* p. 200.

CAPUT V DE PULVISCULO QUI EST CINIS INDICAT QUI DE CAELO DESCENDIT.

15 In nos et in hanc generationem ultimam cum omnibus quae supra scripta sunt, et infra notata, malis et diris et terraemotibus et inopiae temporibus et bellis quae passim *fuerunt,* et iniquitatis multitudine et amoris ac fidei exiguitate quae acciderunt et accidunt adimpletum est etiam maledictum Mosis quod in Deute-
20 ronomio *datum est,* qui populum qui ex Aegypto exierat, cum iam in eo fuisset ut terram promissionis intraret, praemonet *ei*que dicit : « Si vocem Domini Dei tui non audies, neque omnes νόμους eius et mandata custodies et facies, quae hodie tibi mando, omnia haec maledicta super te venient, et te adprehendent ». Et
25 post pauca ita verba facit : « Dabit Dominus imbrem terrae tuae pulvisculum, et cinis de caelo super te descendet, donec te perdet, et ante hostes tuos te conteret, et fiet cadaver tuum esca avibus caeli, et bestiis terrae, neque erit qui abigat » [2]. Huiusmodi dira et diriora contingunt. Anno enim τετάρτῳ sabbato primo, quod
30 *est* sabbatum azyma antecedens, caelum super nos nubibus turbidis quas subsolani attulerant cinctum est, et pro imbre solito et aquae umore pulvisculum, qui *est* cinis, et pulverem in * terram demisit, mandato Dei ; et in saxis agnitus est, et in parietes se illisit. Et prudentes nonnulli timore et trepidatione
35 et cura adfecti sunt, et pro paschatis gaudio moerore oppressi

* p. 201.

[1] λαυρᾶτον. — [2] *Deut.*, XXVIII, 15, 24-26.

sunt quod omnia quae scripta sunt propter peccata nostra in nos adimpleta erant. Annus autem erat 28us huius regis. Quoniam vero scopus ac successio operis narrationem nobis ordine usque ad τέταρτον deduxit, et caput quoddam quod fine πρώτου qui hunc τέταρτον antecedit hic gestum est omisimus, pedem sicut ei qui in mari *sunt* ob fluctuum perturbationem referemus, idque succincte narrabimus, quod ita se habet.

CAPUT VI EIUSDEM LIBRI XII DE BASILISCO PRESBYTERO ANTIOCHIAE QUI CUM 'WDN'[1] DUCE[2] AMIDAM ADVENIT.

Aestate πρώτου, cum *annus* iam finiretur, et concilium episcoporum in urbe regia esset, *viri* quidam eorum in urbibus hic *sitis* vicarii, quorum nomina scribere praetermitto, — pars eorum quod mihi visum est invidia vel ira *moti*[3] — episcopis suis qui in occidente degebant scripserunt, gratiam aucupantes itemque aures eorum delectantes: « 'Αποσχισταὶ quidam qui sunt 'separantes' in χώρᾳ sunt, et μᾶλλον in Beith Nahrin[4], qui congregationem faciunt et quasi omnem prorsus populum ad se trahunt, et contra nostram ecclesiam divisi sunt ». Et episcopi qui ibi *erant* relationem quam acceperunt coram rege introduxerunt; et 'WDN' duci[2] qui forte in *pago* Ḥamimṯhā[5] fuit mandavit ut cum *Basilisco presbytero Antiochiae rem probaret, eosque si vellent ecclesiae conciliarent. Et his ita *gestis* ⌜Bar Qorgis (?)[6] presbyter Amidae ad eos Ḥamimṯhā advenit, et sacerdotes et pagorum incolas χώρας Gumṯhā[7] congregavit eosque sollicitavit, et ut *ita* dicamus ex οὐσίας DYT[8] cuiusdam fidelis qui nunc obiit, et e tractibus Ingilenes et Sophanenes. Et, cum hi viri Amidam urbem advenissent, tum quinque coenobia monachorum verecundorum ibi *collocata* urserunt ut ea eiicerent, et cum eis *verba* dixerunt et ab eis *verba* audierunt; et eis prompte occurrerunt et μᾶλλον Iohannes mansuetus archimandrita cuius mentionem fecimus[9] qui προνοίᾳ praesto fuit homo graecus et grammaticus

*p. 202.

[1] Fortasse Evodianus; coni. Hoffmann 'Uranius'. — [2] δοῦξ. — [3] Locus difficillimus. Si codicis lectiones retinemus, fortasse verti potest 'quod ab eis scrutator vel iracundus reputatus sum'; sed ܚܣܘܪܐ malo sensu incognitum est. — [4] Vide p. 14, n. 2. — [5] Sc. 'fonte calido'. — [6] Sc. 'fil. vulturis'(?); vide SMITH, col. 3730. — [7] Sc. 'fossae'; AMM., XVIII, IX, 2, 'Gumathena'. — [8] Vide p. 12. — [9] In parte perdita.

et Sergius studiosus visitator eorum [1], qui ad caput eorum steterunt, ab eruditis ac fidelibus Iohanne et Sābbā, et Stephano archiatro eiusdem urbis adiuti, et coenobia monachorum non expulerunt, et Izlā recesserunt. Et, quoniam Petrus μάγιστρος
5 δευτέρῳ advenit, et a monachis minationem contra eos *factam* didicit, eos lenivit, [et] [2] ducem [3] compescuit ne monachos iterum expelleret, eumque reprehendendum tenuit.

CAPUT VII DE σκαρίφου ORBIS INDICAT QUI STUDIO PTOLEMAEI PHILOMETORIS REGIS AEGYPTI FACTUS EST.

10 Ptolemaeus autem Philadelphus rex Aegypti, ut docet chronicon Eusebii caesariensis [4], ante Domini nostri nativitatem 280 annis tum Iudaeorum captivos qui in Aegypto erant reddita libertate dimisit initio regni sui, tum Hierosolyma ad Izra'el [5] sacerdotem qui illo tempore *erat* oblationes misit, et septuaginta scribas
15 νόμου congregavit, et Scripturas sanctas a lingua hebraea in graecam transtulit, * easque apud se reposuit et conservavit; qui in hac *re* a Deo nimirum motus est ad populorum vocationem praeparandam qui scientiam merituri erant, ut Trinitati gloriosae ministerio Spiritus adoratores veri fierent. Rursus etiam post eum
20 spatio centum triginta circiter annorum Ptolemaeus Philometor bene motus est et is etiam operam dedit, et per legatos et litteras, et dona quae ad principes regionum populorum legavit ac misit eos adhortatus est ut fines terrarum dicionis suae et populorum sibi vicinorum, et habitationem etiam eorum et consuetudinem
25 scriberent et ei mitterent. Et scripserunt eique miserunt praeter tractum septentrionalem quae ad orientem et occidentem se extendit. Et inter necessaria aestimavimus id hic in ultimo loco exscribere, in intellegentiam prudentium. Et descriptio ita se habet.

* p. 203.

30 Europa occidentalis *et* septentrionalis LXXVII urbes, cum nominibus quae *ut* ea scribamus haud facilia sunt. Hispania exterior, LXXX urbes. Hispania interior secunda XLIV urbes. Hispania tertia ad Oceanum CCXL urbes, et [6] insulae in Oceano multae quae

[1] Cf. IOH. EPH., *De Beat. Orient.*, LVIII (LAND, *Anecd. Syr.*, II, 287) (Krüger). — [2] In ms. excidit. — [3] δοῦξ. — [4] Arm., ed. KARST, p. 200; HIER., ed. FOTHERINGHAM, p. 211. — [5] EUS. 'Eleazar'. — [6] Hic inc. fragm. huius descriptionis in Add. 14620; vide not. ad textum.

vocantur Albae. Celtogalatias occidentalis et meridiana, populi barbari singularum urbium XIX ⌜populi et urbes eorum. Celtogallia[1] Lul[2] regio[3] ad Oceanum *sita* XXVII[4] urbes. Belgica regio XXXV[5] urbes. Narbonensis regio XXVIII[6] urbes. ⌜Germaias XII urbes[7]. Pannonias regio XXVII urbes. Pannonias inferior XXIII urbes. Dalmatia regio LXII[8] urbes[9] praeter insulas quae urbes non sunt. Cyrnum insula magna XXII urbes.[10] Sicilia insula magna LXXVI urbes. Sarmatia regio ad Oceanum meridianum *sita* XX urbes, et multi populi barbari ibi; et in *oppido* Pyragnetis (?)[11] sunt monumenta sepulcralia magna quae aedificavit[12] Alexander. Tauricinus[13] (?) regio totus ad mare, et aditus eius a[14] sicco *ducens*, XVII urbes. Anzygon[15] regio VIII urbes. Dacia regio XLIV urbes. Moesia superior XVII urbes. Moesia inferior XXVIII urbes. Thrace regio ⌜Byzantii iuxta os Ponti XL[16] urbes. Chersonesus regio XL urbes. Macedonia regio CXXVIII urbes, et fines eius Dalmatia et Thrace; *urbs* autem principalis Philippus. Epirum regio XXV[17] urbes. Achaia regio LXV urbes. Ibi Attica quae eadem est Athenas. Popelon[18] insula magna CVII urbes[19]. Ibi Corinthus. Creta insula[20] XXXVIII urbes.

Europa finita est MDCCL[21] urbibus.

Initium Libyae.

Mauretania regio iuxta Oceanum occidentalem et meridianum XXX urbes. Mauretania exterior CXIII urbes. Africa regio Romae opposita, CLVIII urbes[22]. Cyrenaicus[23] regio XXV urbes. Aegyptus regio Alexandriae, CLII urbes. Finis vero Aegypti meridianus

[1] Ms. 'et urbs principalis eorum C.'; e 14620 correxi. — [2] Sc. Lugdunensis, in corrupta. Sic etiam 14620. — [3] 14620 add. 'alia'. — [4] 14620 'XXXIII'. — [5] 14620 'XXXVII'. — [6] 14620 'LXXXIII urbes, secundum vero alium cod., LXXVII'. — [7] 14620 'Noricum regio XIII urbes' (marg. 'LIII'). — [8] 14620 'LXVIII'. — [9] 14620 add. 'Italia regio Romae, CCCI urbes, secundum vero alium cod. CCXCV urbes'. — [10] 14620 add. 'Sardus insula magna, XXXIII urbes'. — [11] 14620 'Piragetis'; PTOL. Τυραγγέται vel Τυρρεγέται. — [12] 14620 add. 'ibi'. — [13] 14620 'Tauricus'; PTOL. Ταυρική. — [14] 14620 'in'. — [15] PTOL. Ἰαζύγων. — [16] 14620 'XVII urbes. Byzantium iuxta os P. XLVIII'. — [17] 14620 'XXVIII'. — [18] 14620 'Polepon'; PTOL. Πελοποννῆσος. — [19] 14620 add. 'et Ilon (Ἑλλάς?)'. — [20] 14620 add. 'magna'. — [21] 14620 'MMXL'. — [22] 14620 add. 'et loquuntur syriace et romane'. — [23] 14620 'Cyreaices'.

Mitriota[1] regio in qua pluvia non cadit[2]. Libya interior et insulae intra Oceanum *sitae*. Huius Libyae L urbes *sunt*.

Libya finita est DXXI[3] [urbibus].

Regio[4] Aethiopiae exterioris.

5 Aethiopia exterior XLIII[5] urbes. Mons Pan[6] ibi *est*. Populus ⌜qui breves sunt⌝[7] iuxta Tobazium[8]; et ab oriente eorum radices *comedunt; et ⌜iuxta eos[9] Auxumiti[10], et Soborii et Molibii et *p. 206. Bargii[11] et Blemes[12], et ultra eos Cubitales[13]; et ab occidente eorum passeres comedunt; et a meridie eorum populus ⌜κατάφοροι 10 turis[14] (inde beta)[15]; et, infra eos, Pesendarae qui elephantas comedunt; et ultra eos χώρα quae cinnamomum fert.[16] Aethiopia interior. Linus[17] mons de quo tres Nili lacus nivem accipiunt; et ab oriente montis habitant populus qui homines comedunt; et ultra eos Rhapsii Aethiopes; [et][18] usque ad magnum Oceani occi-15 dentalis sinum tenent Aethiopes qui pisces comedunt; et a meridie eorum usque ad terram non habitatam qui vocantur Aethiopes vespertini habitant; et alii in oriente, ⌜aquam habitantes, qui fruges comedunt;[15] et, ab oriente Aethiopum, regio elephantum alborum, ⌜qui vocantur 'T'WR[19] et mons nomine carens.

20 Aethiopia finita est ⌜XLIII urbibus[20].

Initium Asiae regionis.

Pontus mare. Cythinia[21] regio Chalcedonis XXIV[22] urbes. *Asia *p. 207. regio Ephesi CXLVII urbes[23]. Item Lycia regio XXXIV urbes. Galatia regio et Isauria LXXII urbes. Pamphylia regio XLIII urbes. 25 Cappadocia regio LXXXVII urbes. Armenia Minor LXXVIII urbes.

[1] 14620 'Mareota'; PTOL. Νιτριῶται. — [2] 14620 add. 'et in parte eius orientali habitant Aegyptii qui pisces comedunt, et marmor omnium colorum dolant'. — [3] 14620 'DXV'. — [4] In 14620 antec. 'Item'. — [5] 14620 'XLV'. — [6] 14620 'Paran'; PTOL. Ἐλέφας. — [7] Ms. (in rasura) 'habitant'; e 14620 correxi; PTOL. Κολοβοί. — [8] 14620 marg. 'mons Barir (?)'; PTOL. τὸ Βάζιον ἄκρον. — [9] Ms. 'cum corde eorum'; e 14620 correxi. — [10] Ms. 'Auxasmiti'; 14620 'Auchusmiti'; PTOL. Ἀξουμῖται. — [11] PTOL. Μεγάβαρδοι. — [12] 14620 'Blemyes'. — [13] PTOL. Πεχῖνοι. Legit syrus Πηχῖνοι. — [14] PTOL. Κατάδραι κ. σμυρνοφόρος χώρα. — [15] In textu PTOL. deest. — [16] 14620 add. 'Aeth. int. finita est. Urbes illustres XLV et populi IX'. — [17] PTOL. Σελήνης. — [18] In ms. excidit; e 14620 addidi. — [19] PTOL. ἥτις καλεῖται Ἀγίσυμβα; 14620 'et vocatur Athrā (regio)'. — [20] 14650 'int., in qua sunt VI populi, et Aethiopes III γένη'. — [21] 14620 'Cithynica'; PTOL. Βιθυνία. — [22] 14620 'XXX'. — [23] 14620 add. 'secundum vero alium cod., CLIX urbes'.

Ibi Melitene. Cilicia regio xxxv urbes. Sarmatia regio xxxiii urbes ; et finis eius usque ad septentriones non habitatos se extendit, et incolae earum equos comedunt. Et ibi equi et currus copia multa, et populi multi barbari. Colchidos[1] regio x urbes. Iberia[2] regio vii urbes. Alabania[3] regio xxxiv urbes. Armenia 5 Magna lxxxiv[4] urbes. De vicinitate finis eius exeunt Euphrates et Tigris. Cyprus insula[5] xx urbes. Syria regio cxxviii urbes. ⌜Et vocatur vallis Syriae super margine maris qui Rhoso Hierosolyma adscendit.[6] Ibi portae Syriae. Palestina Syriae Hierosolyma xlv urbes. Arabia regio xxxv urbes. Inter Montem Nigrum 10 vero et Aegyptum habitant Ṭayāye[7], et Monycatii[8] ⌜a monte ad *urbem* Bostra[6]. Beith Nahrin[9] regio Edessenorum, lxx urbes. Desertum Arabiae[10] a monte Sinai ultra[11] Babylonem se extendit[12]; *p. 208. *et ad finem deserti septentrionalem super Euphrate sedent Cauchabeni[13]; et ab occidente Batani; et a meridie Agobeni; et 15 ab oriente Babylonis Orchenii ; et medium totum tenent filii Agar. Urbes ⌜vero xl in hoc deserto *sunt*[14].

Asia finita est dccccLxxx[15] urbibus.

Item regio Persarum.

Regio Babyloniorum ⌜xxviii urbes. Assyria xxxiv[16] urbes. 20 Ibi Cadiseni equum adorantes[17], et Gorgum urbs regis regum. Medi lxxx urbes. ⌜Cadiseni et Gelae[18] vero in fine Mediae meridiano habitant, et in fine septentrionali Curdi et Marudae; et ibi portae Agorae[19]. Susiyanu regio a meridie et oriente Babylonis xviii urbes. Persae xxxiii[20] urbes. In regione autem meridiana 25 super [littus maris][21] habitant ⌜Nyṭ' et[22] qui equos comedunt[23],

[1] Ms. 'Colnichidos' ; 14620 'Qalki (Colchi)'. — [2] Ms. 'Icheria' ; e 14620 correxi. — [3] 14620 'Albania'. — [4] 14620 'lxxxiii'. — [5] 14620 add. 'magna'. — [6] In textu Ptol. deest. — [7] Ptol. Σαρακηνή (vide p. 24, n. 5). — [8] 14620 'Mytichi (?)' ; Ptol. Μουνυχιᾶτις. — [9] Vide p. 14, n. 2. — [10] Ms. 'et Arabia'; e 14620 correxi. — [11] 14620 'ad'. — [12] 14620 add. 'et in fine eius meridiano Curdi; et in fine eius orientali Arabes; et ibi portae Agorae' (vide infra). — [13] 14620 marg. 'Cauchabii'. — [14] 14620 'xciv in hoc des. sunt ; secundum vero alium cod. xl urbes antiquae'. — [15] 14620 'mcdxxxviii'. — [16] 14620 'lxxxiv urbes ; urbes autem antiquae xxviii in alio cod. scr. sunt ; Assyrii xl'. — [17] Ms. 'adorant' ; e 14620 correxi. In Ptol. nihil de Cadisenis stat, et Gorgus ibi flumen est. — [18] Ptol. Καδούσιοι οἱ κ. Δῆγαι. — [19] Ptol. Ζάγρου. — [20] 14620 'xxxix'. — [21] Ms. om.; e 14620 addidi. — [22] 14620 om. ; Ptol. Ταοηνή (?). — [23] 14620 add. 'et qui homines comedunt'.

[et][1] a septentrionibus eorum ʿUnāye[2], et duae insulae regioni oppositae,[3] una Alexandri. Parthae xxiv urbes. Ibi porta regis. Desertum *magnum Carmaniae, ab oriente Parthiae, cuius in * p. 209. parte meridiana habitant ⌜Isatici et in oriente[4] Garanopyrdes.
5 Edamonos[5] regio Arabiae[6] cxliii urbes. Est vero a meridie antecedentis. Ibi Zarma et Bareio[7] urbs regia. Ibi Sachaliti populus in sinu qui vocatur Akhaniṭu[8] *situs,* unde adscendunt margaritae, et in mari super utribus navigant. Ibi sinus qui vocatur Persicus et incolae eius pisces comedunt. Regionem vero a sep-
10 tentrionibus *sitam* occupant tabernaculorum habitatores qui vocantur Sabaei ⌜quae eadem est Saba[9]; et a meridie eorum Ṭayāye[10]. ⌜Ibi Malichii populus[11], et ultra eos χώρα turifera. Ibi populus magnus qui vocatur Minaeus, et populus Dosareni et Mocritae; et ultra eos ⌜Auphirāye quae eadem est Ophir[12]; item-
15 que Archintae[13] super adscensum montis; et ad Maritum montem a septentrionibus Melachitae et Dachareni[14] eisque oppositi ⌜Iritnae et Biululinae[15] et Mamitini[16]; et ab oriente eorum Cottabani usque ad ⌜montem Ophir[17] ubi myrrha fit; et a septentrionibus eorum Nobariti[18]; et ultra eos Alumitae[19], et Sophaniti *et Cythe- * p. 210.
20 baniti[20]; et ultra eos ⌜Charae et Motici[21] usque ad Sachalintas[22]; et a meridie eorum Urṭaye[23] et ⌜Sitirae et Dathinae[24] cum insulis multis. Urbes vero regis Duana[25], Carmana, Emanis[26], Are, Sava. Carmanias regio ab oriente antecedentis xii urbes. Regionem autem a meridie occupant camelorum pastores, et Schosotae[27] et ultra eos

[1] In ms. excidit. — [2] 14620 ʿHuzāye'; Ptol. Σουζαῖοι. — [3] 14620 add. ʿet'. In Ptol. Alex. insula 3a est. — [4] 14620 ʿIsatichi; et in medio'; Ptol. Ἰσατίχαι ... τὰ δὲ μέσα. — [5] Ptol. Εὐδαίμονος. — [6] Ms. ʿseptentrionum'; 14620 ʿArabum'. — [7] 14620 ʿBadeo'; ita Ptol. — [8] 14620 ʿAchita'; Schol. ad Ptol. Σαχαλίτῃ. — [9] 14620 om.; ʿqui - Saba' ap. Ptol. deest. — [10] Ptol. Σαρακηνοί (vide p. 140, n. 7). — [11] 14620 ʿet a meridie (?) eorum Malichi (Ptol. Μαλῖχαι) qui vocantur MLKWʿT''. — [12] Ptol. Σαβαῖοι. — [13] 14620 ʿArchitae'; ita Ptol.— [14] 14620 add. ʿqui nominantur Bachareni'. — [15] 14620 ʿIritae et Bilulinae'; Ptol. Εἰρῖται... Βλιουλᾶιοι.— [16] Ptol. Ὀμαγκῖται (vvll. Ὀμαμῖται, Ὀμανῖται).— [17] Ptol. Ἀσαβῶν ὀρῶν. — [18] 14620 ʿIobaritae'; ita Ptol. — [19] 14620 ʿUlamitae'; Ptol. Ἀλουμεῶται. — [20] 14620 ʿQYTBNYTW qui vocantur etiam QWTYB'NYṬW'. — [21] 14620 ʿCharamotici'; Ptol. Χατραμωνῖται. — [22] 14620 ʿSachalitas'; ita Ptol. — [23] Ptol. Μασονῖται (?). — [24] 14620 ʿSiritae et Rhathinae'; ita Ptol. — [25] Ptol. ʿΡάβανα (vl. Ῥούανα). — [26] 14620 ʿMenanchus'; Ptol. Μέναμβις. — [27] 14620 ʿSoxotae'; ita Ptol.

iuxta mare Pargadicinae[1] ⌜qui hirundines comedunt[2]. Hyrcania regio septentrionalis iuxta mare, Maxerae et Asnoeti[3] XII urbes. Marganias regio ab oriente antecedentium[4] VII urbes. Bactarianas regio ab oriente antecedentis XVII urbes; urbs autem regia Bactra. Sgodianus regio a meridie antecedentis ubi in montibus habitant 5 X urbes; duae vero Alexandri. Sacon regio, ab oriente antecedentis, Acaratae et Comari et Comedae et Sagetae et G'RY'[5] et Toornae. Scythia regio ⌜in Isimao[6] monte *sita* a septentrionibus antecedentis usque ad terram non habitatam. In hac regione est populus multus et montes ardui et duae urbes, ubi lac comedunt. Scythia 10 interior ⌜cuius finis septentrionalis[7] usque ad terram non habitatam *se extendit*, ubi equos comedunt; *urbes autem eorum XL. (* p. 211.) Seuricus regio ab oriente Scythiae, XVI urbes; et in parte septentrionali huius regionis populus qui homines comedunt. Arias regio ab oriente antecedentis, XXXV urbes; et est ibi χώρα Antymandrorum scorpionibus plena. Paropanisadon ab oriente et a 15 meridie antecedentis, XVI urbes. Dagianas regio XI urbes. Arachosia regio XII urbes. Gerdos regio, XII urbes.

Hi populi finiti sunt.

India exterior CCLXXXII urbes; urbes autem regis, QTYS, Odenus 20 Artacum Gange Vathana Wanedhur[8], Acarus, Midura Orthura[9], urbes IX et rex eorum. Ibi mons Sardon unde provenit sardius. Et ab urbe Gognaba ad orientem habitant ⌜sapientes qui nudi sunt[10]; et ultra eos Hanicae et Prasiaci, et Sabari; et a monte Sardone et ad meridiem ad ⌜Beith Ṭighun[11] tenent Tabasi, magi 25 incantatores, et Boligae et Poruari; et ultra eos Mandalae[12]; et a BWṬN'[11] monte usque ad rubos tenent Brachmanae, et urbs eorum Crame; et, ultra eos, Madiamini, et Diluphinniti, et Coccognagi et Sabae unde provenit adamas. Et India interior LXV urbes. Urbs principalis eius GNT'[13]. Et a χώρας eius provenit argentum; 30

[1] 14620 'Pargadicae'; PTOL. Πασαργάδαι. — [2] PTOL. χελωνοφάγοι. Syrus χελώνη cum χελιδών confudit (Land). — [3] 14620 'Asoteni'; PTOL. Ἀσταβῆνοι (v. l. Ἀσταῆνοι). — [4] 14620 'antecedentis'. Hic expl. fragm. in 14620. — [5] PTOL. Γρυναῖοι. — [6] PTOL. ἐντὸς Ἰμάου. — [7] Si textus sanus est, grammatica difficilis est. Facilius verteretur 'sept.; finis eius'; sed versio supra data PTOLEMAEO propior est. — [8] PTOL. Ἱππόκουρα βασίλειον Βαλεοκούρου. — [9] Ms. 'athruthe (regiones)'; PTOL. Ὄρθουρα. — [10] PTOL. γυμνοσοφισταί. — [11] PTOL. Βηττιγώ. — [12] Ms. 'Ma'dale'; PTOL. Μανδάλαι. — [13] PTOL. Κορτάθα.

et infra *eos Byseginae qui homines comedunt; et ultra eos *p. 212.
Marurae; et ab oriente eorum Corancalae et Pagasae, qui breves
sunt et hirsuti et προσώπῳ lato *praediti* et albi; et ultra eos
Gamirae populus, apud quos malobathrum praestans fit; et
5 homines comedunt; et breves sunt et hirsuti et albi et simi; et
a sedibus eorum adscendit argentum et aurum; et, ultra eos,
Aninachae; et, ultra eos, populus qui nudi sunt; et a septentrionibus eorum Cacobae et Basanae, unde adscendit aes multum. Et
inde usque ad sinum magnum Cadutae, apud quos *sunt* pardi
10 multi et elephantes; et sedem habent in speluncis et corpus eorum
sicut hippopotamus factum est quod sagitta non penetrat. Narda
Mariconta ubi fit nardus. Prigylipum urbs regis in quo fiunt galli
barbati, et corvi albi, et psittacus[1]. Lina insula unde adscendunt
margaritae multae, et incolae eius nudi sunt; et ultra eos tres
15 insulae hominum qui homines comedunt, necnon quinque insulae
quae vocantur Sabaribi [quarum incolae][2] homines comedunt, et
alia insula unde adscendit aurum. ʾWN[3] insula cuius incolae caudas
habent, et navibus suis ferrum non adhibent, et homines comedunt
et vocantur Maniclae. Sinon regio Indiae, urbes IX muro carentes,
20 ab oriente ad *tractum* interiorem usque ad terram non habitatam.
Occupant vero et regionem septentrionalem Semanothini, et post
eos Aspithrae et Ambastae et qui pisces comedunt. Et ibi ⌜Rhavaa
mons[4], ubi habitant Saṭirauphān (?)[5]. Et ultra *eos ad meridiem *p. 213.
Probaus insula magna, ⌜et mulieres eorum surdae sunt;[6] et ex
25 ea adscendunt smaragdi, et berylli et ligurius et omnia genera[7]
lapidum, et armenta elephantum. Añurogira quidem urbs regis
est insulae magnae, et insulae ei oppositae iacent, urbes autem
XXX et XVI[8].

Audi porro nunc breviter succincte fines habitationis hominum;
30 ab oriente terram non exploratam, necnon χώρας Serircorum[8];
et a meridie porro terram non exploratam quae terram Indiae
includit; et ab occidente porro terram non habitatam quae
Aethiopiae sinum includit,[9] usque ad Oceanum, in quo est
⌜insula ipsius Aretaniae[10], et usque ad Sarmatiam, et usque ad

[1] ψίτταχος. — [2] In ms. excidit. — [3] PTOL. Σατύρων. — [4] PTOL. Ῥάβανα πόλις. — [5] PTOL. Σατύρων ἄκρον. — [6] PTOL. καὶ οἱ κατέχοντες αὐτὴν κοινῶς Σάλαι μαλλοῖς γυναικείοις εἰς ἅπαν ἀναδεδεμένοι. — [7] γένος. — [8] Sic textus. — [9] Finis septentrionalis incuria om. est. — [10] PTOL. τὰς Βρετανικὰς νήσους.

terram non exploratam Sarmatas et Scythas et Sericos [1] finientem.

Haec descriptio populorum orbis studio Ptolemaei Philometoris ut supra scriptum est facta est, et *anno* 30º regni eius, ante nativitatem Salvatoris nostri 150 annis, *ita* ut tempus quod usque ad hunc diem praeteriit, qui *est* annus 28us regni Iustiniani regis sereni nostrorum dierum, qui *est* annus 866 Alexandri, et Olympias 333a, annorum 711 reperiretur. Quot ergo urbes tanto tempore conditae sunt et additae in omnibus populis a Ptolemaeo et usque ad hunc diem in orbe, et praesertim post nativitatem Salvatoris nostri !, et in populis *et nationibus et linguis pax regnavit, nec consuetudinem suam priorem servaverunt et populus in populum bellis et gladiis surrexerunt et caede contenderunt ; eo quod prophetia in eis adimpleta est quae dicit, « Enses suos in vomeres retundent, et hastas suas in falces » [2]. Et cum his et in hoc tractu septentrionali sunt populi fideles quidem quinque, et episcopi eorum viginti quattuor, et est catholicus eorum in urbe magna Armeniae Persarum Dĕwin. Catholico eorum nomen fuit Gregorius, viro iusto et illustri. Gurzān [3] item regio in eadem Armenia, et lingua graecae similis ; et regulum habent christianum, et regi Persidis subiectus est. Ārrān item regio in eadem regione Armeniae et lingua eius populus fidelis et baptizatus ; et regulum habet regi Persidis subiectum. Sisaghān item regio et lingua eius populus fidelis ; et sunt in ea et pagani qui habitant. Bazgun [4] regio et lingua eius, quae portis Caspii et mari, in terra Hunnorum *sitis,* contigua est seque usque ad eas extendit ; et ultra easdem portas Burgare [5] et lingua eorum populus paganus ac barbarus ; et urbes habent. Et Alani et urbes quinque habent. Et qui ad Beith Dᴅᴡ *pertinent* et in montibus habitant, et arces habent. Unāghur [6] populus qui in tabernaculis habitant, Oghor [7], Sabhir [8], Burgar [9], Kortrighār [10],

* p. 214.

[1] Sic textus. — [2] Is., ɪɪ, 4. — [3] Sc. Iberia ; hodie Georgia. — [4] Sc. Abasgia. — [5] Sc. Bulgari. — [6] Ὀνόγουροι (Pʀɪsᴄ., *Exc. de Leg.*, p. 586) ; Οὐννουγοῦροι (Tʜ. Sɪᴍ., VII, ᴠɪɪɪ, 13). Vide Mᴀʀǫᴜᴀʀᴛ, *Osteur. u. ostas. Striefzüge*, p. 44, 356, ubi de his populis doctissime tractatur, et Némᴇᴛɪ, *Nagy-Magyarorszag*, p. 43. — [7] Ὀγώρ (Tʜ. Sɪᴍ., VIII. ᴠɪɪ, 13) ; Οὐρῶγοι (Pʀɪsᴄ., *l. c.*) ; Οὐγοῦροι (Mᴇɴᴀɴᴅʀ., *Exc. de Leg.*, p. 453). — [8] Σάβιροι (Pʀɪsᴄ., *l. c.* ; Mᴇɴᴀɴᴅʀ., *ibid.*, p. 443 ; Aɢᴀᴛʜ., III, xᴠɪɪ). — [9] Nomen fortasse corruptum ; Bulgarorum mentio supra facta est. — [10] Κουτρίγουροι (Pʀᴏᴄ., *Bell.*, VIII, ᴠ, 4) ; Κοτρίγουροι (Aɢᴀᴛʜ., V, xɪ.).

Abḫar [1] Ksr [2] Dyrmr [3], Sarurgur [4], B'grsyq [5] Kwls [6] Abḫdel [7] Ephthalíta, hi populi tredecim in tabernaculis habitantes, et carne pecorum et piscibus vivunt et feris et armis ; et, ultra eos, populus pygmaeorum et ⌈hominum caninorum [8] ; et ab occidente et septentrionibus eorum Amazonides mulieres quarum *una (* p. 215.) papilla comburitur (?) [9], quae separatim habitant, et armis equisque pugnant; et mas inter eas non invenitur, sed et, quando coire volunt, ad populum regioni suae vicinum pacis modo accedunt, et mensem dierum cum eo commercium habent, et ad regionem suam revertuntur; et, quando pariunt, si mas est eum occidunt, et, si femina est, eam vivam conservant ; et sic τάγμα suum constituunt. Et populus eis vicinus Hrws [10] sunt, homines *quod ad* staturam *attinet* ⌈membris magnis praediti [11], qui arma non habent, quosque equi portare non valent, eo quod ⌈membris magnis praediti [11] *sunt*. Necnon ab oriente, in margine septentrionum, sunt populi quoque tres nigri. In terra vero Hunnorum, viginti circiter et pluribus abhinc annis, scripta in linguam eorum verterunt. Et causam narrabo quam Dominus effecit ut a veracibus quibusdam audivi Iohanne qui de Riš'ainā *fuit*, qui in monasterio Beith Isḥāquni iuxta Amidam erat, et Thoma coriario, qui captivitate Qawadh captivi facti sunt quae quinquaginta et pluribus abhinc annis *contigit*, necnon, cum Persarum terram ingressi essent, Hunnis venditi sunt, et intra portas ingressi sunt, et in regione eorum plus quam triginta annos fuerunt, et uxores sumpserunt et liberos ibi procreaverunt ; tali autem tempore redierunt et nobis sermone suo vivo ita rettulerunt. Postquam captivitas quae de terra Romanorum abducta erat quos Hunni introduxerunt ingressi essent et in terra eorum triginta quattuor annos fuissent, *viro* cuidam cui nomen Qarduṣaṭ episcopo regionis Ārrān angelum apparuisse, ut ipse episcopus narrasset, eique

[1] Avari (?). — [2] 'Αχατζίροι (?) (Prisc., *Exc. de Leg.*, p. 130); Acatziri (Iord., *Get.*, 36). Vel fortasse Chazari. — [3] Itamari (?) (Prisc., *l. c.* ; Iord., *Get.*, 126). — [4] Σαράγουροι (Prisc., *Exc. de Leg.*, p. 586). — [5] Βαρσήλτ (?) (Th. Sim., VII, viii, 3). — [6] Χολιᾶται (?) (Menandr., *Exc. de Leg.*, p. 194). — [7] 'Αβδελοί (Th. Sim., VII, vii, 8). Teste Th. Sim. eidem erant qui Ephthalitae (Krüger). — [8] Litt. 'hominis canis'; cf. Budge, *The Book of the Bee*, p. 146 (vers., p. 128). — [9] Textus corruptus. Hoc requiri videtur (Chabot). Cf. Strabo, XI, v, 1. — [10] Vide Marquart, *op. cit.*, p. 356 seqq. — [11] Vox [illegible] in lexicis vertitur 'membratim dissectus' ; quod hic admitti non potest.

dixisse : « Cum tribus sacerdotibus sacris in planitiem exi, et a [me] verba accipe quae tibi a Domino spirituum missa sunt ; quoniam captivitatis custos sum quae a terra Romanorum terram populorum ingressa est et orationem suam Deo obtulerunt ; et dixit mihi *quidnam tibi dicerem ». Et, cum in planitiem studiose exiisset hic Qardusaṭ, qui graece interpretatur Theocletus, et aramaice ⌜Qĕre lallāhā [1], ipse et tres presbyteri, angelum eis dixisse : « Venite et terram populorum ingredimini, et filios mortuorum baptizate, et sacerdotes eis facite, et mysteria eis date, et confirmate eos : et en ! ego vobiscum, et misericordiam ibi vobis dabo, et signa ibi in populis facietis, et quodcunque usui vestro requiritur invenietis » ; et alios quattuor cum eis profectos esse ; et in regione ubi pax non invenitur hos septem viros sacerdotes hospitium de vespere in vesperem invenire solitos esse, septem panes, et amphoram aquae ; nec per portas ingressos esse, sed super montes ductos esse ; et, cum pervenissent, eos haec captivitati dixisse, et multos baptizasse, et ex Hunnis etiam discipulos fecisse ; [et] eos ibi septimanam annorum fuisse, et scripta ibi in linguam hunnicam vertisse ; accidisse vero ut illo tempore Probus illuc a rege πρεσβείας modo missus esset, ut ex eis conduceret qui populis proelio occurrerent ; eumque, cum ab Hunnis de his sanctis audiisset, et a captivis quoque intellexisset, eos videre valde studuisse et exoptasse ; eosque vidisse et benedictionem ab eis accepisse, et in oculis horum populorum eos multum honorasse ; et regem nostrum, cum rem supra scriptam ab eo [2] didicisset, quod Dominus ita effecit, a dicione urbium Romanorum quae vicinae essent triginta mulos onerasse, eosque misisse itemque similam et vinum, et oleum, et lintea et alia genera *bonorum*, et vasa sancta ; et ipsa iumenta donum eis dedisse quoniam Probus vir fuisset fidelis et benignus. *Factum [3] vero huiusmodi eximium aemulatus post duas porro septimanas annorum exiit et alius episcopus armenus — nomen eius fuit Macarius, — et recte motus est, et ipse sponte sua ingressus est et *quidam* e sacerdotibus eius cum eo, et ecclesiam latericiam aedificavit, et plantationes plantavit, et legumina diversa sevit,

[1] Sc. 'a Deo vocatus' (arm. kardal = vocare, Astuats = Deus). Potest etiam legi 'Qāre l.' = 'Deum invocans'. — [2] Ms. 'eis'. — [3] Narratio sequens utrum orat. obliqua ut a captivis relata an recta ut ab ipso auctore non liquet.

et signa fecit, et multos baptizavit. Cum horum populorum rectores aliquid novum vidissent, mirati sunt et de viris valde gavisi sunt eosque honoraverunt [dum][1] unusquisque eorum eos ad suum tractum ac populum vocat, et adhortatur ut ei instructores fiant. Et en! ibi sunt usque ad hunc diem. Et hoc exemplum est misericordiae Dei, cui omnes ubique qui eius sunt curae sunt. Et tempus est iam quod in potestate eius positum est ut plenitudo populorum intret[2] ut dixit apostolus. Rex enim Persidis etiam unam iam septimanam annorum, ut qui sciunt referunt, se a strangulato ac sanguine comedendo separavit, et a carne bestiarum et avium immunda. E quo Tribunianus[3] archiater ad eum descendit, qui ad eum illo tempore missus est a rege sereno [nostro], Birwāy homo perfectus et post eum Qašwāy et nunc Gabriel christianus nisibenus exinde cibum eius curat, nec *cibus* eius secundum morem priorem [sumitur], sed et benedicitur et deinde comedit. Et Ioseph etiam catholicus christianorum παῤῥησίαν apud eum habet eique adiunctus est quoniam medicus est; et in sede post principem magorum prima coram eo sedet, et quidquid ab eo rogat recipit. Misericordiae erga captivos et sanctos causa consilio *medicorum christianorum sibi adiuncto- (* p. 218.) rum fecit nunc xenodochium *rem* insolitam; et dedit mulos centum et camelos quinquaginta cellario(?)[4] onustos ex *opibus* regni et medicos duodecim; et quidquid requiritur datur. Et in regis comitatu[5] . . . .

[1] In ms. deest. — [2] *Act.*, I, 7; *Rom.*, XI, 25. — [3] PROC., *Bell.*, II, XXVIII, 10; VIII, X, 11 (Τριβοῦνος). — [4] κελλάριον; vide DUCANGE, *Glossarium*, s. v. cellarium. — [5] ܦܠܛܐ hoc significare videtur. Vide BROCKELM., s. v., qui BEDJAN, *Acta martyrum et sanctorum*, II, p. 540, l. 10, citat. Cetera desunt.

HISTORIAE ECCLESIASTICAE
AUCTORE DIONYSIO TELMAHRENSI
FRAGMENTUM.

I. Dionysius Telmahrensis, antiochenus Iacobitarum patriarcha, huius nominis primus, vitam monasticam agebat sub finem saeculi octavi in coenobio Iohannis bar Aphtonii, ad ripam sinistram Euphratis in regione Sarugensi, quod etiam Qennesrinense appellabatur. Coenobio igni consumpto, transiit anno 816 in monasterium s. Iacobi Cessuniae, in Commagene. In locum Cyriaci patriarchae defuncti synodus episcoporum Callinici congregata Dionysium elegit. Consecratus est kalendis augusti anni 818. Postquam autem rexit ecclesiam annos XXVII, quorum decursu centum episcopos creavit, vita functus est die 22ª aug. anni 845, et in monasterio Qennesrinensi, eius curis restituto, sepultus est.

Quantos autem labores toleraverit, quot itinera ardua susceperit, ut Ecclesiae suae, tum schismate Abrahami antipatriarchae, tum dissentionibus monachorum exagitatae, pacem et unitatem conciliaret ipse narravit, nec vacat hic recitare. Qui plura desiderat adeat imprimis Chronicon Michaelis Syri (*Chronique de Michel le Syrien,* trad. Chabot, t. III, p. 37-111); ex eo deprompsit quidquid de Dionysio refert Barhebraeus (*Chron. eccles.*, ed. Abbeloos et Lamy, I, col. 344-386); earumdem breviarium tradidit Assemanus, *Bibl. orient.,* t. II, p. 346. Cf. etiam W. Wright, *Syriac Literature,* p. 196-200.

II. *Historiam ecclesiasticam* scripsit Dionysius, rogante Iohanne episcopo Darae. Eam in duas partes et sedecim libros disposuerat: utraque pars octo libris in capitula divisis constabat. « Complectitur cyclum annorum CCLX, ab initio regni Mauricii, id est ab anno Graecorum 894 (A. D. 582) ad annum 1154 (842), quo

mortuus est Theophilus Romanorum imperator . . . . . . » Verba sunt Michaelis Syri (ed. Chabot, textus, p. 544), qui non solum prologum Dionysii (p. 378) et epilogum (p. 538) recitat, sed integrum opus in suo Chronico excerpsit et fontem praecipuum habuit inde a cap. xxi libri X ad finem libri XII. Quanquam res civiles quae ad condicionem Syriae, praesertim saeculo octavo labente et initio saeculi noni, spectant non neglexit Dionysius, tamen in enarrandis rebus ecclesiasticis fusiore calamo usus est, multaque documenta : epistulas, acta synodorum et alia huius generis, historiae suae inseruit ; quae periisse dolemus, etsi aliquatenus e compendio Michaelis suppleri possunt [1].

III. Praeter testimonia a Michaele Syro et ab anonymo auctore Chronici quod tomis XIV-XV huius seriei vulgavimus recitata, Historiae Dionysianae caput unum ad nos pervenit. Scriptum est ad calcem cod. syr. Vaticani CXLIV, ineunte saeculo decimo exarati.

Fragmenti partem maximam iam edidit J. S. Assemanus, *Bibliotheca Orient.*, t. II, p. 72-77. Illud nunc integrum tradimus.

I.-B. Ch.

[1] Chronicon anonymum ab orbe condito ad annum 775 (quod servatur in cod. syr. Vat. CLXII, et mox initio huius seriei prodibit) Dionysio adscripserat Assemanus et eius nomine saepius recitavit. Illud autem opus non esse patriarchae nostri F. Nau et Th. Nöldeke iam dudum demonstrarunt.

EX *HISTORIA* ECCLESIASTICA DIONYSII PATRIARCHAE. p. 219.

De apostasia a fide Probi et Iohannis archimandritae, tempore ipsius Petri patriarchae Antiochiae.

Vir quidam sophista erat Alexandriae, Stephanus nomine. Is
5 dicebat : « Non decet ut dicamus servari distinctionem significationis naturalis earum *naturarum* ex quibus *est* Christus, post rationem unitionis. » Et cum hac de causa multum admonitus esset a Damiano papae Alexandriae ut recederet ab hac opinione, non acquievit sed contendebat et audacter turbas excitabat,
10 enitens opinionem suam stabilire ; et statuit impossibile esse ut distinctio quae est in significatione naturali earum *naturarum* ex quibus est Christus perstet absque divisione et numero naturarum. Et quidem, propter suam stultitiam et suam sanctis doctoribus oppositionem, iuste ab ipso Damiano et ab omnibus
15 veritatis amatoribus damnatus et reprobatus est. Accidit ut, cum patriarcha Mar Petrus tunc Alexandriam adveniret propter negotium asseclarum Pauli[1], ut ipse dixit, advenirent cum eo, praeter *ceteros etiam Probus et archimandrita Iohannes Barbur utpote * p. 220. qui viri erant scientia et eloquentia praediti. Cum audivissent de
20 isto sophista et didicissent eius negotium, operam dedit Probus ut adversus eum scriptum faceret quod eius opinionem refutabat, eius inscitiam redarguebat et eum doctoribus sanctis adversari ostendebat. Ibi autem acta est res non secundum exspectationem eorum, Probi *inquam*, et Iohannis archimandritae ; scilicet quia
25 non facti sunt episcopi, studium et cura eis fuit, cum in inimicitiam erga homines qui cum patriarcha erant se vertissent, ut adirent sophistam illum. Patriarcha Mar Petrus eos ne cum illo convenirent admonebat, cum ex eorum mente eos post illum decli-

[1] Scholion in marg. inferiore additum : « Is qui manibus Iacobi Baradaei patriarcha Antiochiae consecratus est, et erat alexandrinus. Quia communicavit in oblatione cum Iohanne patriarcha chalcedonensi Antiochiae in spem pacis, depositus et reprobatus est; et etiam quia patriarcham Alexandrinis clam ordinavit : quamobrem Petrus patriarcha Alexandriam profectus est et alium virum nomine quoque Petrum eis ordinavit. »

naturos praevideret. Hi autem non obtemperaverunt, sed in Aegypto manserunt et in societate viri versati sunt, et mox quasi eorum quae antea adversus illum scripserant obliti, illaqueati sunt et sponte sua turpem opinionem sophistae amplexi sunt: Probus quidem aperte et sine dissimulatione, archimandrita autem clam 5 ad horam.

Probus itaque Alexandriae mansit et cum sophista ceterisque veritatis inimicis impensa opera turbas excitabat et contraria agendi ratione, modo per conversationem modo per epistulas quas scribebat, quae antea destruxerat adstruere et confirmare impu- 10 denter contendebat. Archimandrita autem utroque poplite[1] claudicans huc illuc ferebatur et ad opinionem eorum quos obviam haberet mentem mutabat, et etiam apologiam qua reprobaret *p. 221. insaniam illorum faciebat. Cum autem a *Damiano expulsus esset et in Orientem venisset Probus, astute curabat ut sophistae doctri- 15 nas in pluribus disseminaret, quapropter, et ob mutabilitatem eius mentisque perversitatem, ab ecclesia separatus et eiectus est, cum etiam archimandrita sententiae in eum latae assentiret eumque specie tenus reprobaret; et etiam cum ceteris ei enixe suadebat ut excusationem pro errore suo faceret, ne a commu- 20 nione fidelium separaretur; sed ille noluit. Horum tamen omnium oblitus archimandrita et post promissa plura patriarchae facta a negotio Probi desistendi, non destitit, sed fideles et monachos qui in ovili *erant* perturbabat, quasi iniuste segregatus esset Probus, et ut sive supplicationibus sive minis patriarchae delatis senten- 25 tiam revocari curarent. Et pro totis viribus ut Probum et turpem sophistae opinionem in sanctam ecclesiam induceret nitebatur. Et cum conatus turbasque multiplicasset et nihil profecisset, et quod volebat non invenisset, demum pro opinione Probi et sophistae aperte dimicabat. Et scripsit libellum 'Apologiae'[2], et rogabat ut 30 coram synodo episcoporum legeretur quae ipsa solutionem et responsionem in scriptis ei daret. Et cum eius causa synodus Gubbaebarrayae congregata esset et vocatus esset archimandrita, venit et Probum secum adduxit qui ipsi adiutor in synodo foret. Synodus vero Probum, utpote antea eiectum et ab ecclesia segregatum, non 35

[1] Vide inter textus emendationes. — [2] πληροφορία. Videtur fuisse libri inscriptio.

admisit. Archimandrita tamen ut secum ingrederetur contendebat. Synodus autem archimandritae mandavit: Si vis ut tecum Probus ingrediatur, ambo facite libellum *quo profitemini* vos invicem in omnibus concordes esse et unam * opinionem ac voluntatem * p. 222.
5 habere, et tecum ingredietur; si autem ab eius opinione faciem tuam avertis, tu solus ingredere et rationem de eo quod a te requiretur redde. Et cum aegre persuasus et ingressus esset a patriarcha et synodo cum alacritate et salutatione receptus est. Cum autem oblatus esset libellus eius et lectus coram synodo,
10 eum tota doctrina et impietate sophistae ac Probi plenum invenerunt. Post plures admonitiones quas ei protulerunt ut ab opinione sua recederet, et non accepit, videtur enim Probo gratum egisse et ab eo abreptus, in eum sententiam depositionis ediderunt, eum ab omni munere sacerdotali et fidelium communione remo-
15 verunt simulque etiam Probum et omnem qui eis adhaereat aut eis consentiat aut cum eis communicet. Et statim patriarcha Mar Petrus, nomine totius synodi, epistulam seu tractatum scripsit quo opinionem sophistae et Probi refellit et evertit, et doctorum testimoniis stabilit monstratque vere et realiter existere et servari
20 differentiam naturarum e quibus *est* Christus, etiam post rationem unitionis, sine numero et sine divisione earum naturarum; et misit ad omnes conventus monachorum et ecclesias fidelium dicionis Orientis, id est totius Syriae ei subiectae. Tunc archimandrita et Probus, cum viderent se ab omni ecclesia orthodoxorum
25 reprobari, opinionem sophistae pro qua decertaverant dimiserunt et opinionem concilii Chalcedonis amplexi sunt. Et adierunt Anastasium Antiochiae patriarcham, et ei adhaeserunt atque ab eo suscepti sunt. Postea autem archimandrita cum e suo monasterio eiectus esset, ivit habitare in monasterio Beit Mar Eustathii
30 in *oppido* Artaḥ, * et sibi eum ducem et rectorem *monachi* * p. 223. fecerunt. Et sic mansit negotium eorum usque ad tempus quod mortem Mar Petri sequutum est. Eorum autem causa a vera fide defecerunt et Chalcedoniis adhaeserunt *nonnulli* [1], et etiam pagi plures in regione Antiochiae. Post mortem Petri, quasi vires
35 resumpsissent, ab Anastasio Antiochiae petunt ut iubeat mona-

[1] Excidit vel praetermissum est verbi subiectum; subaudiendum 'monachi' vel 'conventus'.

chos ex omnibus coenobiis congregari et Antiochiam convenire, ut cum eis disceptationem facerent ostenderentque Mar Petrum et eius asseclas innovationem in definitione fidei induxisse, eo quod « confitentes servari differentiam significationis naturalis naturarum ex quibus est Christus, non tamen confitentur servari etiam illarum naturarum numerum ». Et cum secundum eorum placitum congregati essent monachi et vi Antiochiam venissent, et ibi per sex menses detenti essent, et cum eis disquisitionem et disceptationem fecissent Probus et Iohannes archimandrita in octo tomis quos adversus illos scripserunt, et rursus ipsi monachi octo alios *fecissent* in refutationem eorum, demum impares fuerunt et devicti sunt, cum ex eorum libellis et sermonibus anterioribus, maxime Probi, eos redarguerint *monachi* et ostenderint mendaces esse et versatiles et secundum tempus mutabiles. Cum ex hoc agone pudore suffusus esset superbus Probus et iam sine verecundia Syriam perambulare non posset, profectus Constantinopolim adscendit, et cum patriarcham huius loci seduxisset ab eo episcopus civitatis Chalcedonis factus est. Et postquam rexit *ecclesiam* aliquod tempus morte correptus est ; cum autem noverit se moriturum syncellis suis mandavit ut in vias exirent *p. 224. *et civitates et hac illac[1] cursitarent et sibi adducerent, si invenissent, episcopum aut presbyterum orthodoxum qui eum ab apostasia sua absolveret. Et cum multum inquisivissent nec invenissent, afflictus est vir poenitentia motus, quaerens ut saltem fratrem si inveniretur sibi adducerent : sed non invenerunt. Et cum quidam syncellorum eius eum interrogaret quomodo frater episcopum absolvat, dixit ei : « Sane, valet frater orthodoxus haereticum episcopum absolvere ». Et rursum ad eum conversus ait *syncellus :* « Num Mar Probus et *nos* haeretici sumus ? » Et ille testatus est et ait : « Vere, ita est ». Et sic mortuus est et decessit absolutionem non consequutus. Syncellus autem ille postea in seipso decrevit non amplius cum chalcedoniis communicare ; et statim exivit et in Syriam venit ; et fidelibus deinceps se iunxit. Et coram multis narrabat et haec revera Probo in eius morte accidisse dicebat.

[1] Ad litt. : « per mare et per aridam ».

INDEX SYRIACISMI.

Br. = C. Brockelmann, *Lexicon syriacum*. — Sm. = R. Payne Smith, *Thesaurus syriacus*.

ܐܒ̈ܝܢ plur. vocis ܐܒܐ (*fruges*). I, 24, 20. Sm. lexica tantum citat.

ܐܩܠܝܡܦܣܝܣ = ἔκλημψις vel ἔκλαμψις (error pro ἔκλειψις). II, 49, 23.

ܐܚܕ (probabiliter Peal) *obsedit*. II, 62, 22.

ܐܚܕܐ *obsidio*. II, 33, 19. Sm., qui hunc locum citat, *captura*; sed Samaria non capta est (II *Reg.*, VI, 24 et seq.).

ܐܡܣ = ܚܡܨ (*Emesa*). II, 78, 2. Cf. *Documenta Monophysitarum*, ed. Chabot, 172, 10.

ܐܢܘܢܬܐ *dolor, luctus*. II, 57, 24. Sm., Br. *suspirium, gemitus* tantum.

ܐܣܟܠܪܝܐ = σχολάριος. II, 61, 22. Sm. ܐܣܟܘܠܪܝܐ tantum. Vide infra, ܣܟܠܪܝܐ.

ܐܦܘܕܝܩܢܝܩܘܢ, ܐܦܘܕܝܩܐܢܝܩܘܢ = ἀπὸ δικανικῶν. II, 51, 10; 79, 19.

ܐܪܝܘܡܢܝܛܐ = Ἀρειομανίτης (*insanus Arianus*). II, 139, 9. Sm. Bar Bahlul tantum citat, qui vocem ex 'Arius' et 'Manes' male derivat.

ܐܣܬܝ *sustinuit*. II, 20, 14; 115, 24 (cf. Corrigenda et versionem). Vide versionem II, 13, n. 4.

ܒܐܬܐ = ܒܘܐܬܐ = βοηθέια (*satellites* magistratus). II, 47, 12.

ܒܟܪ, *infirmus fuit, aegrotavit* (cod. ܡܒܟܪ, corrige ܡܒܟܪ) I, 71, 18. Sm. hanc formam sensu causativo tantum citat.

ܒܠܛܝܐ *stipes*. II, 93, 16. Fortasse idem est quod ܒܠܕܐ (*Chronica Minora*, 73, 28).

ܒܩܪܝܐ *gregalis*. I, 88, 11.

ܒܪܕܘܪܐ, ܒܘܪܕܪܐ = *veredarius*. II, 77, 23; 79, 3, 6.

ܓܪܝ *tonsus est, absectus est*. II, 130, 26. Voces ܓܙ (*totondit*) et ܓܪܝ (*privavit*) hic confundi suspicor.

ܕܐܡܘܣܝܐ (cod. ܕܐܘܡܘܣܝܐ), ܕܐܡܘܣܝܢ = δημόσιον (*balneum publicum*). II, 197, 14, 18.

ܡܪܘܪܒܘܬܐ (tituli modo usurpatum) *celsitudo*. II, 12, 1 ; 13, 13.

ܕܝܡܘܛܝܩܘܣ = δημοτικός. I, 183, 2.

ܕܝܪܝܢ = διάριον (*stipendium diurnum*). II, 42, 11.

ܐܬܕܪܓ *machinatus est*. II, 40, 5 ; 113, 26. Vide versionem, II, 27, n. 2.

ܡܗܕܡܐ *membris magnis praeditus*. II, 215, 8, 9. Vide versionem, II, 145, n. 11.

ܡܗܝܡܢܘܬܐ (tituli modo usurpatum) *fidelitas, orthodoxia*. II, 131, 13.

ܐܗܪ *damnum passus est, laesus est*. II, 83, 2. Sm. pro hoc sensu contendit, sed hunc locum non novit.

ܐܬܕܘܫ *sugillatus est* (?). I, 74, 12. Cf. ܕܘܫ, ܕܘ̇ܫ, ܕܘܫܘܐ (I, 89, 11, 28 ; II, 130, 10), quae a Br. dantur.

ܐܬܬܙܝܢ *facultatibus instructus est, alimentum accepit*. II, 37, 6. Sm. lexx. tantum citat et coniecturam in III *Macc.*, VII, 18.

ܐܬܕܝܦ *superbe se gessit*. I, 89, 10 ; 154, 14 ; 163, 24 ; II, 20, 15 ; 71, 4 ; 94, 2. Cf. Land, *Anecd. Syr.*, II, 363, 2. Interpretationes a Sm. et Br. datae his locis non congruunt.

ܐܫܒ *contentus est* (ἠγάπησε). I, 200, 7 ; 203, 9. Vide versionem, I, 138, n. 9.

ܫܘܚܐ *hara* (?). II, 57, 21.

ܫܠܝܦܐ *currens* (?) aqua. I, 89, 4 (gr. πηγημαῖον).

ܫܝܫܬܐ *alimentum*. II, 33, 10.

ܛܠ = ܛܠܐ. II, 77, 25 ; 93, 24.

ܛܪܝܢܐ *sollers* (bono sensu). I, 6, 20 ; 165, 10 ; II, 57, 11 ; 132, 3.

ܛܪܦܐ = τροφή (*alimentum*). II, 35, 15 ; 174, 10 ; 194, 3. (Ahrens ad 35, 15).

ܫܐܠ *rogavit* (ἐπύθετο). I, 100, 3, 8 ; II, 21, 8. Vide versionem, I, 69, n. 3.

ܢܟܐ imperf. verbi ܟܐ. I, 83, 24. Sm. ܐܟܐ tantum.

ܟܒܫܐ (cod. ܕܒܫܐ ; corr. Ahrens), *caro salita*. II, 92, 13. Br. *sinapi conditum.*

ܠܘܪܛܐ = λαυρᾶτον (*imago laureata*). II, 200, 1.

ܠܘܕܪܐ = λοίδορος (?) (*delator?*). II, 114, 6 ; 128, 7. Vide versionem, II, 78, n. 4.

ܐܬܠܚܡ (pass.) *minis affectus est*. I, 181, 2.

ܠܥܓ *irrisit*. I, 148, 7 ; 153, 15. Br., qui hos locos citat, *maledixit*, sed Vat. .ܡܡܣܢ legit, et Ioh. Eph. (*Anecd. syr.*, II, 363, 3) in loco parallelo ܠܥܣ habet.

ܐܬܠܥܠܡ *gloriose locutus est*. I, 89, 11. Br., qui hunc locum citat, vocem ut ethpael (ܐܬܠܥܠܡ) dat.

ܡܘܬ ܢܦܫܗ *mors sua* (sc. naturalis). I, 92, 13. Sm. '*mors propria*, sc. sua ipsius manu'.

ܐܬܡܣܪ *accusatus est*. I, 75, 7 ; 173, 14 ; 186, 12. Cf. *Chron. Min.*, 107, 10 (cod. ܐܬܡܣܪܬ).

ܡܪ̈ܘ plur. vocis ܡܪܘܣ (μέρος). II, 114, 8, 10.

ܢܐܘܠܐ. I, 100, 1. Vox nihili ; vide notam.

ܐܬܢܗܕ *concussus est*. II, 93, 24. Sm. *commotus est, agitatus est* tantum.

ܡܫܬܘܥܝܢܐ *loqui solitus*. II, 40, 9. Sm. *narrationi inserviens*.

ܣܟܠܪܐ = σχολάριος. II, 43, 9. Cf. supra, ܐܣܟܠܪܐ.

ܣܥܝܥܐ *incitatus, turbidus* (de verbis et nubibus). I, 89, 7 ; II, 200, 26. Sm. ܣܥܝ̈ܥܐ ܡ̈ܠܐ e Bar 'Ali citat.

ܣܥܝܥܐܝܬ *diligenter, sedulo, vehementer*. I, 4, 6 ; II, 36, 23 ; 49, 5. Sm. ad II, 36, 23, ܣܥܝܒܐܝܬ conicit, sed voces ܣܥܝܥܐ et ܣܥܝܥܐܝܬ saepius occurrunt quam ut eas errori adscribamus, nec sensus semper locis congruit.

ܣܦܩ ܠ *contentus est* (re). II, 7, 26 ; 19, 5 ; 127, 22.

ܥܒܕܐ *fabricator* (rei). II, 36, 14, 25 ; 92, 14. Vide versionem, II, 24, n. 11.

ܥܛܠ *destitutus, privatus*. I, 36, 14.

ܥܪ *tumuit*. II, 137, 11. Cf. ܥܪܘܪܐ (*procella*).

ܦܕܛܘܪܐ = *pedatura*. II, 26, 20 ; 27, 19. Br., qui hos locos citat, ܦܪܛܘܪܐ (*praetorium*) conicit.

ܦܝܠܘܛܝܡܝܐ = φιλοτιμία (*donatio*). II, 199, 17.

ܦܘܣܣܐ = φοσσεῦσαι. II, 93, 2. Br., qui hunc locum citat, *castra*.

ܦܠܚܘܬܐ (sensu concreto) *operarii*. II, 37, 5.

ܦܪܘܣ = φόρος. II, 20, 19.

ܦܪܝܡܒܘܠܐ (cod. ܦܪܢܡ ܒܘܠܐ) = παρεμβολή. II, 197, 14.

ܩܠܪܝܢ = κελλάριον (*commeatus* ?). II, 218, 3. Vide versionem, II, 147, n. 4.

ܩܘܪܛܠܐ *defectus* (frumenti). II, 174, 9; 194, 2. Sm., Br. *talus* tantum, sed Sm. 194, 2, sine explicatione citat.

ܪܘܓܐܘܣܐ = ῥογεῦσαι (*donativum dare*). II, 61, 20. Sm. ieiunam interpretationem dat.

ܫܒܩܘܬܐ *dimissio* (?). II, 137, 2. Vide versionem, II, 95, n. 1.

ܐܫܬܠܡ *pace donatus est,* vel fortasse *restauratus est*. II, 34, 13; 199, 17.

ܐܫܠܡ (intrans.) *se tradidit*. II, 133, 13. Sm. sensu intransitivo '*Moslemus factus est*' tantum dat.

ܐܫܪ *commisit*. II, 165, 11.

ܐܬܬܓܪ *elaboravit*, (ἐπραγματεύθη). II, 106, 18.

ܬܢܝܘܬܐ *iteratio*. I, 81, 25.

INDEX TOMI VI.

HISTORIAE ECCLESIASTICAE ZACHARIAE ADSCRIPTAE

LIBER VI.

LIBER VII.

[1] Quae uncis inclusi in ipso titulo non commemorata sunt.

LIBER VIII.

LIBER IX.

LIBER X.

LIBER XII.